






STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

ANNALES MARBACENSES QUI DICUNTUR.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1908.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

ANNALES MARBACENSES
QUI DICUNTUR.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1907.

ANNALES
MARBACENSES
QUI DICUNTUR.

(CRONICA HOHENBURGENSIS
CUM CONTINUATIONE
ET ADDITAMENTIS NEOBURGENSIBUS).

RECOGNOVIT

HERMANNUS BLOCH.

ACCEDUNT
ANNALES ALSATICI BREVIORES.

INEST TABULA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1907.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC TOMO CONTINENTUR:

PRAEFATIO.

De Annalibus Marbacensibus qui dicuntur in commentario[1] 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' latius et fusius disputavi, ut summam causae breviter hic complecti mihi liceat.

De Cronica, quae in uno codice Ienensi Bosiano q. 6. fol. 123—150. inest, alii adhuc aliter censuerunt. I. Fr. Böhmer[2] primus eam, sane mutilam, sub nomine Annalium Argentinensium pleniorum publici iuris fecit; integram ab a. 631—1238. R. Wilmans in MG. SS. XVII, p. 142—180. edidit omnibus fere numeris absolutam et titulo Annalium Marbacensium inscriptam[3]. A. Schulte, qui ultimus de Annalibus Alsaticis aevi Suevici acute disseruit[4], Cronicam non unam et simplicem, sed variis ex scriptis congestam esse recte intellexit, cumque huius operis maximam partem in monasterio Novi-castri confectam esse iudicaret, potius Compilationem Annalium Alsaticorum Novocastrensem inscribere voluit.

Hi omnes ab ea praesumptione profecti sunt, ut crederent auctori breves Annales Argentinenses usui fuisse, quos ante incognitos a. 1787. Ph. A. Grandidier 'ex veteri membrana castri episcopalis Argentinensis, Tabernis Alsaticis' — quam quidem a. 1779. igne combustam esse dixit — in lucem ediderat[5]. Sed ex quo probare mihi contigit[6]

1) Wagner, Innsbruck, 1908. 2) Fontes rerum Germanicarum III (1853), p. 66—113. Usque ad a. 1100. pauca tantum ad res Alsaticas spectantia excerpsit. 3) Cf. etiam quae doctissime disputavit in 'Archiv der Gesellschaft für ältere Deutsche Geschichtskunde' XI, p. 115—139. — Eius editione nisus versionem Germanicam publici iuris fecit Grandaur in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' 1881, quae iterum prodiit in 'Geschichtschr. 2. Gesamtausgabe' saec. XIII. vol. VI. 4) 'Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' V (1884), p. 513—538. — R. Reuss, De scriptoribus rerum Alsaticarum historicis (1898) de suo nihil addidit. 5) 'Histoire d'Alsace' II, 'Pièces justificatives' p. LXIII, tit. 433. 6) Cf. commentarii partem primam p. 5—34.

Annales istos commenticios et ab ipso doctissimo viro Grandidier non sine arte et ingenio congestos esse, via Annalium Marbacensium veram originem cognoscendi demum patefacta est.

I. Annales imperiales Argentinenses *ab a.* 1015—1200. *hodie deperditos fundamentum totius operis esse demonstravimus*[1]*; quos in Cronica assumptos facile inde licet efficere, quod omnia et sua oratione et argumento suo a reliqua parte differant. Auctorem canonicum ecclesiae Argentinensis fuisse censemus, qui res suo tempore gestas ab a.* 1180. *vel paulo post incipiens spatiis interiectis ita descripsit, ut post a.* 1190. *laborem intermitteret et postea denuo susceptum usque ad a.* 1200. *perduceret. Quae de extremis annis Friderici I. et de regno Heinrici VI, de electione regum a.* 1198. *et de proeliis paulo post secutis narrat, praecipue res Alsatiae et expeditiones sacras illustrant, non pauca etiam ad res Italicas et ad ea magna, quae Heinricus VI. imperator molitus est, spectant; scriptorem multa ipsum vidisse, plura eaque optimae notae ab aequalibus comperisse nemo est quin intellegat. Genti Suevicae toto animo adhaesit, magnitudinem splendoremque imperii Romani optimis ominibus prosecutus.*

*Iam ante Annales Argentinenses conditos quidam medio saec. XII, fortasse temporibus Burchardi episcopi (*1141—1162*), pauca imprimis ad historiam episcoporum spectantia, alia de consecratione vel morte regum, alia de tempestatibus vel portentis quibuslibet colligere coeperat*[2]*. Hos* Annales monasterii Argentinensis *quos dicimus ab a.* 1122. *per XII. saeculum et usque in medium decimum tertium conscriptos esse ut statuamus, facultas nobis data est, quod ab illis qui nunc deperditi sunt praeter Annales imperiales etiam Annales Maurimonasterienses*[3] *usque ad a.* 1218. *et Annales illi Argentinenses minores profecti sint, quos ex variis excerptis*[4] *restituere mihi proposui*[5]*. Ex iis, quae in Ann. imperialibus cum Ann. monasterii Argentinensis consentiunt*[6]*, patet*

1) *L. c. p.* 64—79. 2) *De his omnibus fusius egi l. c. p.* 169 *sqq. Cf. etiam infra p.* 111 *sqq., ubi p.* 113. *stemma Annalium qui inter se cohaerent proposui.* 3) *Cf. infra p.* 104 *sqq.* 4) *Annales priores cod. Ellenhardi et Continuatio Argentinensis Godefridi Viterb.: infra p.* 114 *sqq.; Notae Altorfenses: ib. p.* 119 *sqq.; Annales Argentinenses fratrum Praedicatorum deperditi, qui Annalibus posterioribus cod. Ellenhardi et Ann. Colmariensibus minoribus nobis servantur: infra p.* 124 *sqq.* 5) *Cf. commentarium p.* 166 *sqq.* 6) *Haec omnia infra nota in margine adscripta:* Ann. mon. Arg. *a ceteris distinxi.*

auctorem hos usque ad a. 1179. *perductos prae oculis habuisse. Sane quaedam addidit, cum exordia sua a constructione S. Mariae, a fundatione S. Petri et a consecratione S. Thomae ecclesiarum Argentinensium ad a.* 1015. *et* 1031. *relatis sumpsit; serie episcoporum Argentinensium inde ab a.* 1028. *et, nisi fallor, successione regum adiecta, haec congesta*[1] *cum Ann. monasterii Arg. coniunxit, ipsos fere integros ita recepit, ut vicissitudines episcoporum amplius describeret et nonnulla de curia Herbipolensi a.* 1157. *atque de destructione castri Girbaden a.* 1162. *adderet; pauca denique de schismate inter regnum et sacerdotium temporibus Friderici I. facto*[2] *ei addicenda videntur. Ipsius narrationem ex iis initium capere satis mihi verisimile est, quae de concilii Lateranensis III. inchoati et terminati diebus accuratius indicat*[3]. *Clade Philippi regis et litteris papae Ottoni IV. faventis annalista commotus est, ut a.* 1200. *finem scribendi faceret*[4].

II. Decennio post Annales imperiales in Cronicam recepti sunt, qua sola conservata ad tempora nostra pervenerunt. Quod opus qui suscepit praeteritarum rerum memoriam a regno Dagoberti regis Francorum et ab a. 631. *repetiit. Annos incarnationis et uberem rerum gestarum relationem in Chronico Bernoldi invenit*[5] *idque ad a.* 1100, *usque ad quem monachi Gregoriani narratio pertinet, secutus est, cum alia inde mutuatus, tum ea quae de monasteriis sub artiore norma Hirsaugiensi constitutis tradita erant et omnia quae ad ordinem s. Augustini respiciunt*[6]. *Insuper ad historiam priorum temporum amplius describendam non paucos alios libros adhibuit. Regum Merovingicorum res quasdam Liber historiae Francorum ei tradidit*[7], *cui nonnulla ex Chronico Ebersheimensi admiscuit*[8]*; res a Karolo Magno gestas singulari diligentia e Vita Einhardi*[9] *et Legenda Karoli a.* 1166. *conscripta*[10] *composuit, paucis*

1) *Nescio an his etiam adiungenda sint ea, quae nunc in Cronica ad a.* 1089. *de Ottone comite occiso et a.* 1095. 1099. *de prima expeditione sacra leguntur; cf. comm. p.* 68. 2) *Ad a.* 1159. 1177, *p.* 50 *sq.* 3) *Infra p.* 51, *l.* 26. 4) *Cf. infra p.* 76. *et comm. p.* 78. 5) *Codice tertiae classis usus est, cf. infra p.* 28, *n.* a *et comm. p.* 85 *sq.* 6) *Cf. infra p.* 33 *sq.* 37 *sqq. et comm. p.* 66, *n.* 1. 85. 7) *Codicem classis A* 3. *β* 3. **β* 2 *adhibuit; cf. comm. p.* 79, *n.* 1. — *Ubi nihil aliud adnotavi, semper editionibus Monumentorum Germaniae usus sum.* 8) *A.* 673, *p.* 2 *sq. Cf. comm. p.* 88 *sq.* 9) *Cuius codicem optimae notae, libri C* 2 *affinem, habuit; cf. ibidem p.* 79, *n.* 2. 10) *Ed. Rauschen, 'Die Legende Karls d. Gr.' ('Publikationen der Gesellschaft*

tantum verbis ex Historia Turpini[1], *e Vita Hludowici quae Thegano addicitur, quin etiam ex Gestis Treverorum*[2] *additis. Roma ab Ottone I. capta auctori priores Urbis obsidiones commemorandi locum dedit*[3]. *Quae de his scripsit fere omnia ex Historia Miscella Landulfi Sagacis*[4], *raro aliis locis adhibita*[5], *excerpsit. Non ex ipsis Vitis, sed ex legendario quodam exscripsit pauca de sanctis Odilia*[6], *Adelheida*[7], *Pirminio*[8], *Udalrico Augustano episcopo*[9], *ea etiam, ut videtur, quae ex Translatione s. Servatii adhuc inedita*[10] *vel quae de Ottone imperatore Montem Garganum visitante et sanctum Michaelem angelosque aspiciente*[11] *in hac Cronica legis. Sermone vulgari tradita esse videntur, quae de Silvestri papae sarcophago liquorem sudante*[12] *vel de Ernesto, qui falso filius Adelheidis reginae, privignus Ottonis I. dicitur, proscripto et multos post labores itineraque patri reconciliato*[13] *narrantur.*

Scriptori cum ab a. 1100. *Bernoldi opera destitutus esset, ad rerum ordinem contexendum Annales imperiales Argentinenses usui erant, sed multo plura usque ad a.* 1155. *Gesta Friderici Ottonis Frisingensis*[14] *praebuerunt. Uberiore Bernoldi et Ottonis narratione occasionem datam esse nonnumquam, ut breviora in Annalibus de iisdem rebus relata omitterentur*[15], *facile concedes; demum ab a.* 1155. *ad a.* 1200. *Annales imperiales fere ad verbum, paucis tantum additis*[16], *in Cronicam translatos esse*[17] *pro certo mihi constat.*

Nunc quidem de origine operis disserendum esset, nisi maxime interesset prius docere auctorem ea quae de exordiis

für Rhein. Geschichtskunde' VII); auctor codice classis A^1 A^2 V^1 *usus est; cf. infra p.* 14, *n.* c *et comm. l. c. n.* 3. 1) *Cf. infra p.* 15, *n.* 1. 2) *Ad a.* 719. 801 *(p.* 9*)*. 862. 3) *Ad a.* 964, *p.* 23 *sqq.* 4) *Cf. comm. p.* 80. — *Ab eo loco, quo Muratorii Scriptorum rerum Italicarum editio nova desinit, priores editiones Historiae Miscellae ab ipso in tomo I. et ab Eyssenhardt (a.* 1869*) paratae usui nobis erant.* 5) *Ad a.* 631. 801, *p.* 9. 15. 17. 6) *A.* 673, *p.* 4. 7) *A.* 973, *p.* 26. 8) *A.* 724, *p.* 5. 9) *A.* 952. 955, *p.* 22. 10) *A.* 918. 936. 962; 964, *p.* 25. *Cf. infra p.* 21, *n.* 1. 11) *A.* 981; *cf. comm. p.* 80, *n.* 9. 12) *A.* 1000; *cf. infra p.* 27, *n.* 3. 13) *Ad a.* 952; *cf. infra p.* 22, *n.* 2. *et comm. p.* 92, *n.* 16. 14) *Quae in codice classis C prae manibus ei erant; cf. comm. p.* 81, *n.* 2. 15) *Cf. comm. p.* 68. *et infra p.* 40, *n.* 3; 41, *n.* 3. 16) *Ad a.* 1159. *adiecit mortem Ottonis Frisingensis et Hadriani IV; a.* 1162. *successionem episcopi Basiliensis; fortasse a.* 1170. *martyrium beati Thomae Cantuariensis; a.* 1177. *pauca de fine schismatis; a.* 1180. *consecrationem monasterii inferioris; a.* 1183. *quae Bernhardus praepositus Marbacensis Constantiae egit. Cf. comm. p.* 81. — *De ultimis notis ad a.* 1197, *nisi fallor, a.* 1198. 1199. *additis cf. ibidem p.* 74. 17) *Cf. ibidem p.* 81 *sq.*

monasteriorum Marbacensis et Swarcendanensis prope Colmar in Alsatia superiore sitorum dicit non de suo addidisse, sed ex libello quodam deprompsisse[1]*; his enim R. Wilmans adductus erat, ut totam Cronicam monacho Marbacensi attribueret. Neque tamen quisquam credet illum initia coenobii ab a.* 1090. *usque ad a.* 1130. *vel paulo amplius tractasse, de rebus suo tempore ibidem gestis omnino siluisse; multo probabilius est, quod statuimus auctorem e vetustiore libello, non ante a.* 1136. *composito*[2] *descripsisse quae de monasteriis Marbacensi et Swarcendanensi tradit ab a.* 1090—1130[3]. *Atque commode accidit, ut illius libelli vestigia quaedam in cod. Einsidlensi nr.* 628, *fol.* 15. *miro casu superesse O. Holder-Egger mecum benignissime communicaret*[4].

Sane tantum abest, ut negem scriptorem cum coenobio Marbacensi arcte coniunctum fuisse, ut potius eum fratrem ordinis s. Augustini Marbacensis congregationis fuisse pro certo affirmare velim. Quod probatur et iis quae ex Bernoldi Chronico memoria digna sibi visa transscripserit[5] *et iis quae de Marbacensibus ipse adiecerit*[6]. *At auctorem Cronicam scribentem non in coenobio Marbacensi, sed in monasterio virginum Hohenburgensi in monte s. Odiliae condito et a Relindi abbatissa secundum normam s. Augustini restituto vitam degisse in commentario meo exposui*[7]*, nisus praeter cetera in notis Hohenburgensibus per totam Cronicam ab a.* 674—1199. *dispersis*[8]. *Utrumque monasterium, Marbacense et Hohenburgense, strictius inter se connexa sunt ex quo Herradis abbatissa a.* 1181. *in infimo monte in villa Trutenhusen praeposituram regularium canonicorum instituens primum praepositum ex Marbacensi ecclesia advocavit, fratribus, ut officia sacra in ecclesia Hohenburgensi celebrarent, iniunxit,* duos ex canonicis . . . ebdomadarios in Hohenburc semper constituit servituros[9]. *Quorum alter* Cronicam, *quam* Hohenburgensem *nominare dehinc licebit, ex variis libris in bibliotheca virginum undique collectis diligenter con-*

1) *Ad ea quae sequuntur cf. comm. p.* 86 *sq.* 2) *Cf. infra ad a.* 1124. *et* 1136. 3) *Cf. infra p.* 37 *sqq.* 4) *Cf. infra p.* 37, *n.* 1. 4. 5) *Cf. comm. p.* 84 *sq.* 6) *Cf. inprimis ad a.* 1092, *p.* 37. *de monasterio S. Georgii apud Treismam; a.* 1096, *p.* 39. *quae ad verbum ex privilegio Urbani II. Manegoldo magistro dato excerpta sunt; a.* 1183. *de Bernhardo praeposito Marbacensi.* 7) *Cf. comm. p.* 87 *sqq.* 8) *A.* 674, *p.* 3 *sq. de gente Attici ducis, de castro Hohenburg, de filia caeca Odilia; a.* 1002. *de nativitate Leonis IX. papae; a.* 1045. *de consecratione ecclesiae Hohenburgensis; a.* 1180. *de dedicatione inferioris monasterii; a.* 1199. *de incendio Hohenburgensi.* 9) *Cf. Schoepflin, Alsatia diplomatica I, p.* 275. 282. *et comm. p.* 90.

gessisse mihi videtur[1]. *His omnibus optime convenit, quod duobus locis, ad a.* 668. *et* 1087, *vitae et translationis s. Nicolai archiepiscopi Myrensis mentio facta sit, cui sancto ecclesia Trutenhusana consecrata fuerit, et qui speciali veneratione illis temporibus et in superiori claustro Hohenburgensi s. Mariae et s. Nicolao dedicato et in ipsius sancti capella prope monasterium inferius (Niedermünster) exstructa coleretur*[2].

Auctorem ex diocesi Basileensi ortum esse inde cogas, quod ordines sacros Basileae die 4. *Martii a.* 1200. *datos esse narraverit*[3]*; ex Brisgawia eum originem duxisse vix conici potest ex eo, quod praecipuo amore gentem Zaringorum prosecutus sit*[4]*; neque ullum aliud de ipso ex opere elucet, nisi eum Ottonis IV. imperatoris partes studiosissime fovisse*[5].

Quo tempore scripserit, statuere haud cunctaberis. Namque genealogiam filiorum Friderici I.[6] *deducit usque ad* Philippum, qui cum Ottone imperatore pro regno dimicans ab inimicis suis est interfectus, *gentem vero Heinrici (Leonis) ducis*[7] *usque ad* Ottonem . . . qui etiam nutu Dei factus est Romanorum imperator. *Quae cum Cronicae Hohenburgensi certo post non addita*[8] *sint, eam post Ottonem a.* 1209. *(mense Octobri) imperatorem consecratum et antequam hic publice excommunicaretur a.* 1211, *compositam esse patet.*

Non mirum, quod auctor totum opus ab a. 631. *coeptum et Annalibus imperialibus usque ad a.* 1200. *ductum ad suum tempus deduxerit. Sane res sub Philippo rege gestas consulto ac cogitate silentio praeteriit, pauca de electione Argentinensis episcopi Heinrici de Veringen a.* 1202. *atque de consecratione eius demum a.* 1207. *facta locutus*[9]*; historiam Ottonis a curia Frankenfurtensi a.* 1208. *enarravit*[10], *qua princeps* ab universis principibus unanimi consensu electus fuit et confirmatus in regem, *atque desinit in illa expeditione a.* 1210. *contra Fridericum regem Apuliae suscepta, quam si Otto praetermisisset,* omnia in prosperum sibi cessissent. *Cronicae hic primum finem factum esse persuasum habeo*[11]*; postea a.* 1212. *paucis de reditu imperatoris et*

1) *Cf. ib. p.* 91 *sqq.* 2) *Cf. ib. p.* 90. 3) *Unde eum ipsum tunc ordinatum esse conicere potes.* 4) *Cf. infra ad. a.* 1065. *p.* 30, *n.* 1; 1078. 1092. 1093. 1125, *p.* 41; 1152, *p.* 48 *sq. et comm. p.* 92. 5) *Cf. comm. p.* 62 *sq.* 92. 6) *Infra p.* 49. 7) *Ib. p.* 48. 8) *Cf. comm. p.* 81 *sq.* 9) *Cf. infra p.* 78, *l.* 1—7. 10) *Cf. ib. p.* 80, *l.* 1. 2. 4. 5; *l.* 22 *sqq.* 11) *De rebus a.* 1211. *actis nihil ibi inveniebatur; quae nunc legis ab auctore Neoburgensi addita sunt; cf. infra p. XVI.*

de proeliis Thuringicis additis[1], auctor adventu Friderici II. et clade Ottonis conturbatus omnino obmutuit[2].

III. Per viginti et plures annos Cronica Hohenburgensis intacta fere remansit, praeterquam quod fratres quidam ordinis s. Augustini pauca ad congregationem Marbacensem spectantia operi inseruerunt[3]. Post a. 1226[4], sed non post a. 1235.[5] vel 1236. opus sive ab ipso auctore scriptum sive accurate transscriptum ad monasterium Novi-castri in Sacra silva non longe ab Hagenowe palatio constructum, Cisterciensis ordinis, delatum ibique continuatione inde ab a. 1213 —1238. auctum est[6].

Hanc Continuationem Neoburgensem multo post a. 1213. scriptam esse ex erroribus apparet, quibus prior pars scatet[7]. Quae vero posterioribus annis narrantur, auctorem rebus memoriae traditis aequalem ostendunt, quem c. a. 1235. laborem aggressum esse credam[8]. Quae ad a. 1238. de morte Heinrici lantgravii de Werd sine herede defuncti refert, paulo post descripta esse patet, cum uxor eius exeunte a. 1238. vel a. 1239. ineunte filios postumos pepererit, quorum alter supervixit[9]; cuius ortus extremis libri verbis suppletus est. Quo loco ut calamum deponeret, auctor, quippe qui omnia de controversiis inter imperium et sacerdotium omiserit[10], certe eo permotus est, quod acerrimum inter Fridericum II. et Gregorium IX. discidium a. 1239. exortum sit.

Omnium quae nobis investiganda fuerant quaestio difficillima erat de loco, quo Continuatio illa ab a. 1213 —1238. scripta sit; quia satis constat ne huius quidem partis in codice nostro Ienensi archetypum exstare, sed hanc

1) Infra p. 81, l. 25—32. 2) Num pauca de his ipsis rebus vel etiam alia quaelibet Cronicae Hohenburgensi adiecta fuerint, in comm. p. 83. quaesivi. 3) Notitiae a. 1216. 1226. adhuc in Cronica servantur; aliae ad a. 1214. de consecratione chori Swarzendanensis et a. 1222. de morte Falconis abbatis in codice Ienensi omissae (cf. infra p. 85, n. a; p. 90, n. a) nonnisi in Ann. Colmariensibus minor. invenies. In quibus 'Annales Marbacenses' pleniores quam nobis traditos adhibitos esse Ph. Jaffé iam intellexit. Cf. comm. p. 60 sq. 98 sqq. 4) Ad hunc enim annum nota de fundatione monasterii S. Trinitatis in Argentina, quae non sine grandi impensa Marbacensium facta est, inserta est; cf. infra p. 91, n. a. 5) Nam quae inde relata sunt auctorem rebus gestis aequalem sapiunt. 6) Cf. comm. p. 94—111. 7) Cf. infra p. 84, n. 7; 87, n. 3; 88, n. 4. 5. 8) Cf. comm. p. 95 sq. 9) Cf. ib. p. 96. — Bertholdus episcopus in tabula a. 1239. mense Martio data filii postumi lantgravii mentionem facit; Schoepflin, Alsatia dipl. I, p. 383. 10) Cf. ex. gr. infra p. 92 sq. ad a. 1228 sqq. et comm. p. 96.

cum reliquis partibus in exemplar transscriptam esse[1]. *Hoc autem sine ulla dubitatione affirmaverim ipsum codicem Ienensem in monasterio Novi-castri scriptum esse*[2] *atque Cronicam Hohenburgensem cum Continuatione, dum ibi transscriberetur, ab illius coenobii monachis nonnullis Additamentis auctam*[3]. *Sed arduae fuit disquisitionis sermone Continuationis et Additamentorum collato*[4] *probare utramque partem ex eadem schola esse ortam atque demonstrare utriusque orationem ad idem exemplum Ottonis Frisingensis*[5] *formatam esse*[6]. *Quibus argumentis perpensis et pertractatis facere non possum, quin Continuationem Cronicae iam ipsi monacho Novocastrensi addicam. Immo auctorem eundem esse qui paucis annis post extremam partem operis a medio anno* 1208. *usque ad a.* 1238. *transscripserit, persuasum mihi est.*

IV. Monachi quidam Novocastrenses, historicarum rerum studiosi, circa a. 1240—1245.[7] *Cronicam Hohenburgo-Neoburgensem cum Chronico Ottonis Frisingensis uno volumine comprehendere statuerunt.*

Ottonis opus docti ordinis Cisterciensis fratres in codice circa a. 1180. *compluribus manibus conscripto possidebant, quo septem primi libri tantum continebantur*[8]*; singulis libris picturae lineares praemissae erant, quae imaginum Horti Deliciarum iussu Herradis abbatissae Hohenburgensis depictarum similes sunt*[9]*; unde conicere potes etiam hoc exemplar a Monte S. Odiliae in monasterium Novi-castri translatum esse. Ibi Chronicon summo studio perlustratum et multis scholiis*[10] *instructum esse liber scriptus hodie quoque nos docet. Qui ei labori se dederunt, eodem tempore Cronicae Hohenburgensi ad a.* 1238. *perductae operam dedisse marginique codicis nobis quidem deperditi quaedam ad historiam ordinis vel monasterii sui respicientia*[11], *quin etiam alia*

1) *Cf. comm. p.* 97. 2) *Cf. comm. p.* 56. *et infra p. XV.* 3) *Cf. comm. p.* 111—119. 4) *Cf. comm. p.* 101—104. 5) *Ib. p.* 104—106. 6) *Sunt quoque non solum in Additamentis, sed etiam in Continuatione, quae similitudinis aliquantae sermonis illorum et tabularum Neoburgensium temporibus Friderici II. exhibitarum indicium perhibent. Cf. ib. p.* 106—110. 7) *De tempore, quo haec confecta sint, cf. comm. p.* 121 *sq.* 196 *sq.* 8) *Codicem in Appendice I. commentarii, p.* 186 *sqq. accurate descripsi.* 9) *De imaginibus in Appendice II. comm. vir clarissimus E. Polaczek fusius egit, quae arte phototypica expressae commentario adiectae sunt.* 10) *Quorum quaedam ex Historia Miscella vel ex Gestis Romanorum pontificum desumpta sunt; cf. comm. p.* 112 *sqq.* 11) *Ut infra a.* 1099. *de exordiis ordinis Cisterciensis, a.* 1133. *et* 1158. *de fundatione et consecratione Novi-castri,* 1218. *de historia expeditionis Damiatinae in armario Novi-castri exstante. Cf. comm. p.* 117.

quaelibet[1], quae ex parte cum scholiis Ottonis Chronici congruunt[2], adscripsisse videntur[3].

Denique uterque scriba, quos litteris A et B insignitos discernimus, utroque Chronico uno volumine coniuncto opus suum absolvit. Monachus A, quo duce labor susceptus est[4], Ottonis codicem ita transformavit, ut librum VIII, quo tunc usque carebat, ei adiungeret atque Catalogum regum et pontificum a libro VII. ad extremam partem transponeret[5], deinde, paucis verbis quasi ad facti sui rationem probandam[6] additis, Cronicam Hohenburgo-Neoburgensem in eundem codicem transscriberet; exemplari usque in medium annum 1208. perducto[7], scriba B in locum socii successit et laborem integrum absolvit. Quo modo codex, qui hodie in bibliotheca Ienensi pretiosum aevi Suevici et Alsatiae monumentum asservatur, in figuram et formam suam redactus est.

In Cronica transcribenda uterque monachus quae in margine autographi, nisi fallor, partim ab aliis, partim ab ipsis, addita erant textui inseruit[8], alia nec spernenda ipsi adiecerunt[9]. Hoc praecipue eis agendum erat, ut lacunas

1) Ut a. 801, p. 8. de duabus unctionibus Karoli; a. 1199, p. 75. de miraculo hostiae in veram carnem commutatae (cf. comm. p. 103); a. 1220, p. 88. de proeliis Friderici cum Saracenis commissis (cf. ibid.); a. 1229, p. 93. verba, quibus lector ad vaticinium a. 1185. revocatur. 2) Cf. comm. p. 112 sqq. et infra ad a. 668. de obsidione Constantinopolitana; a. 801. de translatione imperii; a. 964. de defectu rerum Romanarum et de statu imperii Constantinopolitani (p. 24, l. 34—37; haec infra in editione mea falso iam non Additamentum Neoburgense indicavi, cf. comm. p. 115, n. 3); ib. p. 25, l. 9. de Theoderico, l. 32. de dominatione urbis Romae; a. 1024, p. 28, l. 11. et n. 2. de virginitate Kunegundis (haec quoque me opus typis tradentem recte iam non perspexisse doleo; cf. comm. p. 115, n. 4). 3) Neoburgenses saepius quam infra adnotavi stylum suum ad orationem scripturae sacrae convertisse A. Hofmeister me docuit. Quae cum ita sint, omnia loca hic colligenda esse iudicavi. Cf. infra p. 39, l. 31: 1. Mach. 9, 66; p. 79, l. 7: Luc. 10, 42; l. 29: Ps. 78, 4. et Is. 42, 22; p. 82, l. 34: 1. Thess. 3, 5. et 1. Cor. 15, 58; p. 86, l. 24: Cant. 2, 15. et Ioh. 15, 1. 2; p. 93, l. 28: Ps. 13, 4; l. 31: Ruth 3, 2; p. 97, l. 10: Rom. 2, 5. 4) Cf. comm. p. 116. Tabula huic libello addita scripturae specimen offert. Monachum, cuius manu haec scripta sunt, tabulam sub nomine Friderici I. imp. monasterio Neoburgensi datam (Stumpf nr. 4480) scripsisse censui; cf. comm. p. 56. 5) De hac transformatione codicis Ottonis plura in prima commentarii Appendice p. 193 sqq. disserui. 6) Cf. infra p. 1. 7) Qua ratione adductus sit, ut hic opus intermitteret, pro certo cognoscere nobis non licet; cf. comm. p. 118, n. 6. et p. 140, n. 3. 8) Ita et quae nunc infra ad a. 668. 801. 964. cum scholiis Ottoni Frisingensi adiectis consentiunt et errores, quibus initium ordinis Cisterciensis falso ad a. 1099. adscriptum vel consecratio Neoburgensis non bene inserta sit (cf. comm. p. 56 sq.), facile explicabis. Etiam quomodo factum sit, ut sententiae in fine a. 1218. non recte distiguerentur, cf. infra p. 88, n. b et comm. p. 97. 139, iam melius intelliges. 9) Ut pauca verba ad a. 1099. de rebus in prima expedi-

a prioribus scriptoribus relictas apte explerent et ab initiis Philippi regis, in quibus Annalium imperialium Argentinensium a. 1200. narratio desiit, usque ad prosperos successus Friderici II, a quibus Continuatio Neoburgensis a. 1213. initium cepit, perpetuam historiam contexerent, breves ultimas relationes Cronicae Hohenburgensis ad a. 1202. 1208. 1209. 1210. 1212. diligenter secuti et quantum possent servantes. Unde factum est, ut eius partis, quae historiam Philippi regis complectitur, codex noster Neoburgensis ipse autographus sit. Scriba A inprimis in relatione de curia Babenbergensi ad a. 1199. minus recte inserta et in historia Philippi, quae ad a. 1201. inordinate comprehenditur, textum radendo et corrigendo confecit[1], ut his locis liber manifeste speciem archetypi praebeat. Cum narratio a. 1208. tota ex relatione a. 1201. pendeat, non est dubium, quin ea quoque tum primum scripta sit. Quae librarius B ad a. 1211. de excommunicatione Ottonis imperatoris, ad a. 1212. de expeditione puerorum, de itinere ducis Austriae, de adventu Friderici et de Ottonis clade Brisacensi affert, utrum iam in codice deperdito Cronicae addita fuerint necne[2], in medio relinquo[3].

His omnibus insertis vel de novo additis opus integrum ab a. 631. usque ad a. 1238. in hunc modum redactum est, quo nunc nullo spatio intermisso in codice Ienensi legis. Qui Cronicam retractaverunt tanta admiratione imperii Romani ad Teutonicos translati[4] imbuti erant, ut eam saepius in Additamentis verbis suis exprimerent. Memoriam Philippi regis suique temporis[5] fideliter retinebant; nescio, an Albero abbas, qui ab a. 1213. fere ad a. 1245. coenobio praefuit certeque operi historico a fratribus suscepto favit ac studuit,

tione sacra gestis et in Libro expeditionis plenius descriptis vel ad a. 1170. de Legenda b. Thomae eiusque miraculis praetercam (cf. comm. p. 116, n. 2. et p. 137, n. 4), pluris facienda sunt ea quae idem scriba A ad a. 1180. de Heinrico Leone et ad a. 1183. de schismate sub Friderico I. exorto et de oppugnatione Alexandrinae civitatis adiecit. Cf. comm. p. 68 sqq. Narrationem de eruptione Lombardorum in civitate Alexandrina obsessorum in eis niti, quae nuntii monachorum Neoburgensium Fridericum I. tunc visitantem ipsi viderint et domi retulerint, A. Schulte l. c. p. 532 sq. recte statuit. Scriba B ad a. 1220. plura de Heinrico (VII.), ad a. 1236. de captivitate Wolvelini sculteti pauca addidit.

1) Haec ad a. 1199. infra in tabula aperte cognoscas. 2) Cf. comm. p. 119, n. 5. 3) Ib. p. 137 sqq. accuratius investigavi, quae ratio inter Additamenta Neoburgensia historiam Philippi et Ottonis illustrantia et Cronicam Burchardi Ursbergensis intercedat; omnino non refellendum esse opinor censentem Cronicam Burchardi monachis Neoburgensibus argumenta Additamentorum praebuisse. Sed haec graviora quam quae hic ad exitum perduci possint. Cum Cronicam edebam, animum ad haec nondum converteram. 4) Cf. infra p. 8. 25 sq. 5) Cf. ib. p. 76 sqq.

speciali quadam necessitudine ei devinctus fuerit. Librarius A, ut ordinationis a. 1207. *sub Petro abbate, Philippo rege praesente, Argentinae celebratae mentionem inferret*[1], *fortasse eo adductus est, quod ipsum tunc Heinricus de Veringen episcopus clericum consecrasset. Neque dubium est, quin Cronicae annales sui temporis adicere in animo habuerint*[2], *cum ad a.* 1201. *nepotum Philippi paucis mentione facta plura narranda promiserint:* sicut postea melius declarabitur[3]. *Sane turbati discidio inter Fridericum II. et Innocentium IV. a.* 1244. *acrius renovato ab incepto destiterunt; solliciti, quid futurum sit, cum verbis Ottonis Frisingensis*[4] *tum animo eius res humanas despiciente earumque volubilitatem praedicante maxime commoti*[5], pacem et securitatem, *quae in mundo non inveniebantur, prae ceteris desiderabant*[6], *extrema certamina imperatoris et papae praesagientes se consolabantur* universa esse transitoria et caduca[7]; *aeterna sperantes sentiebant,* quam breve festum gloria huius seculi[8]. *Unde factum est, ut opus a.* 1238. *intermissum non exequerentur posterisque imperfectum relinquerent.*

V. Codicem Chronicon Ottonis et Cronicam Hohenburgensem continuatam et retractatam continentem aliquamdiu in armario Novi-castri iacuisse A. Schulte intellexit primusque probavit[9] *notitiam a.* 1262. *de heremita Richardo Pfaffenbornen mortuo nonnisi in monasterio vicino huiusque grangiae possessore scriptam esse*[10]. *Paulo post, certe saeculo decimo quarto ineunte, librum Argentinam allatum esse sequentes adnotationes fol.* 149'. 150. *a variis librariis scriptae satis demonstrant*[11]; *iam in proximo anni* 1308. *additamento de conflictu in civitate exorto agitur. Ex iis maioris momenti sunt quae ad a.* 1356. 1365. 1367. 1368. *cum continuatione Mathiae Nuwenburgensis ad verbum fere conveniunt. Unum eundemque auctorem eadem codici Ienensi et postremae Mathiae operis recensioni, quae sub nomine Alberti Argentinensis fertur*[12], *inscripsisse eo magis affirmaverim*[13], *quod huic ipsi recensioni epitome Cronicae Hohenburgo-Neobur-*

1) *Ib. p.* 78. 2) *Cf. comm. p.* 122. 3) *Infra p.* 77, *l.* 15. 4) *Cf. quae in comm. p.* 104 *sqq. collegi.* 5) *Cf. ib. p.* 120 *sq.* 6) *Cf. infra ad a.* 1211. 1230. 7) *A.* 1208, *p.* 79, *l.* 5. 8) *Ib. p.* 80, *l.* 14. 9) *'Mitteilungen des Inst. für Oesterreich. Geschichtsforschung' V, p.* 538. 10) *Inter notas saec. XIII. in margine adscriptas plures (cf. infra p.* 39, *n.* c; *p.* 44, *n.* d) *librarium Neoburgensem sapiunt.* 11) *Cf. infra p.* 100 *sqq. et comm. p.* 141 *sq.* 12) *De his cf. comm. p.* 8. 13) *Sane adhuc restant quae scrupulum afferant.*

gensis inde ab a. 631. *praemissa sit*[1]. *Haec omnia ante a.* 1375. *perfecta esse patet; quae enim ad hunc annum in codice Ienensi postrema leguntur, manu a prioribus diversa scripta sunt planeque a Continuatione Mathiae recedunt.*

Ab illo tempore opus intactum remansit, nisi quod margines scholiis saec. XV. exeuntis obruti sint, argumenta narrationis strictim amplectentibus[2]. *De iis, qui hunc librum possederint, docemur ex adnotatione saec. XIV. ex. in margine fol.* 25. *inscripta, quam hodie ex parte deletam R. Wilmans ita legit*[3]*:* Iste liber est domini Henrici archipresbiteri in Zabernia; *et alia saec. XVI. fol.* 1: Codex iste pertinet ad bibliothecam magistri Wendalini Sprengeri. *Demum a saec. XVII. hic codex in bibliotheca Universitatis Ienensis servatur, in quam cum aliis libris, quos Ioh. Andr. Bose professor post mortem a.* 1674. *reliquit, receptus est.*

Varios eius casus non semper prosperos fuisse inde conicias, quod posterior pars libri humore ita detrita sit, ut compluribus locis litterae omnino fere deletae sint, quas ex libris manu scriptis Fragmenti historici incerti auctoris, ex notis marginalibus, tum etiam ex editionibus Iohannis Friderici Boehmer et Rogeri Wilmans, qui librum multis annis ante me legerunt, restituere conatus sum, librorum a chronographo adhibitorum quantum potui ratione habita.

VI. Inter eos qui Cronicam Hohenburgensem ac Neoburgensem in usus suos converterunt primum locum tenet frater ille ordinis Praedicatorum, qui inter alia opera saec. XIII. exeunte Annales Colmarienses minores composuit ibique Cronicam ab a. 1211—1238. *in epitomen brevissimam coegit et cum Annalibus fratrum Praedicatorum Argentinensibus deperditis, ut infra videbis, coniunxit*[4]. *Quae maioris momenti sunt, cum solos Annales Colmarienses minores non ex nostro codice Ienensi, sed ex archetypo Cronicae Hohenburgensis eiusque Continuationis profectos esse verisimile sit; Annales enim Colmarienses ea praebent, quae de consecratione monasterii Swarcendan et de morte Falconis abbatis ad a.* 1214. 1221. *a fratre ordinis s. Augustini Cronicae Hohenburgensi*

1) *Non silendum putavi hoc breviarium, cui excerpta ex Chronico Ellenhardi subiecta sunt, ab Urstisio sub nomine Fragmenti historici incerti auctoris cum 'Alberto Argentinensi' a.* 1585. *typis evulgatum esse. Unde Grandidier vile opus suum efficiens omnia ea deprompsit, quae nunc in brevibus Annalibus eius Argentinensibus cum Cronica Hohenburgensi consentiunt, quibus viri docti in errorem adducti sunt.* 2) *Nescio an ab Iohanne Trithemio haec scripta sint, cuius in manibus codex versatus est.* 3) *At cf. quae A. Hofmeister de hoc loco perscrutatus est in comm. p.* 187. 4) *Cf. infra p.* 113. 125. *et comm. p.* 60 *sq.* 98 *sqq.*

usque ad a. 1212. *perductae addita, in exemplari nostro Neoburgensi omissa esse evincere conatus sum*[1].

Posteris, qui Cronica hac usi sunt, codex Ienensis prae manibus fuit; pauca Fridericus Closener presbyter Cronicae suae Argentinensi circa a. 1362. *vernacula lingua compositae inde deprompsit*[2]. *In ipso Alsatiae capite eodem fere tempore corpus supra*[3] *memoratum Cronicae Hohenburgensis codicis Ienensis atque operum Ellenhardi et Mathiae Nuwenburgensis conscriptum est, in quo Iacobus Twinger de Koenigshofen fundamentum Cronicarum suarum et Latine et Germanice scriptarum posuit; num praeter illud ipsum opus nostrum adhibuerit, mihi non satis constare videtur*[4]. *Tum Iohannes Trithemius historiographus*[5] *circa a.* 1500. *Cronicam Hohenburgensem ac Neoburgensem cum additamentis autographis codicis Ienensis a.* 1262. *et* 1335. *tam in Chronico Hirsaugiensi inde ab a.* 1198. *quam in Annalibus Hirsaugiensibus ab a.* 1185. *excerpsit*[6].

Denique librum Ienensem diu bibliothecae tenebris reconditum Wolfgangus Goethe quasi socius eorum qui Monumenta Germaniae historica edituri erant, a Compter delineandi perito adiutus, descripsit[7]. *At cum eorum pluris interesset de sola fere priore parte picturis ornata, Ottonis videlicet celebri libro, locuti non intellexerunt alteram partem esse ineditam, sed Fragmentum historicum incerti auctoris ab Urstisio in lucem emissum hac parte contineri censuerunt. Itaque I. Fr. Boehmer et R. Wilmans demum libellis et editionibus supra dictis*[8] *probarunt codice Ienensi magni pretii Annales Alsaticos aevi Suevici memoriae nostrorum temporum traditos esse.*

VII. Restat, ut pauca de huius editionis ratione dicam. Codicem benevole bis mihi transmissum transscripsi, iterum et iterum evolvi, ut penitus pernoscerem, quibus locis et temporibus vel a quibus, spatiis intermissis, scriptus, utrum archetypus Cronicae sit an ex hoc descriptus. Editione Rogerii Wilmans collata pauca quae mutarem inveni, sed quae correcta, quae suppleta sint, accuratius adnotavi.

1) *Cf. supra p. XIII, n.* 3. 2) *Cf. comm. p.* 57, *n.* 3. 3) *Cf. p. XVII.* 4) *Cf. comm. p.* 58. 5) *Cf. ib. p.* 59. 6) *In hac serie frustra quaeres Wernerum Titianum praepositum Marbacensem a.* 1582—1585, *qui, si Rogerio Wilmans SS. XVII, p.* 143. *crederes, Annalibus Marbacensibus qui dicuntur usus esset. At vir doctus in errorem incidit, cum Titianus in Annalibus Novesiensibus (Martène et Durand, Amplissima Collectio IV, p.* 521 *sqq.) Trithemii Chronicon Hirsaugiense accurate descripserit. Cf. comm. p.* 59, *n.* 4. 7) *'Archiv' II, p.* 301 *sqq. III, p.* 266 *sqq.* 8) *Cf. p. VII.*

Maxime mei intererat typis diversis adhibitis exprimere, quae Annalibus imperialibus Argentinensibus, quae auctori Cronicae Hohenburgensis, quae fratribus Neoburgensibus addicenda essent. Atque id maxime appetendum esse mihi visum est, ut lectionem Cronicae Hohenburgensis a. 1210—1212. inde ab a. 631. conscriptae ex exemplari Ienensi accurate restituerem atque, quibus elementis composita sit, dilucide ostenderem.

More nostro minoribus litteris omnia excudenda curavi, quae ex libris nobis servatis exscripta erant, diligentius scrutatus, quos libros auctor adhibuerit[1]; mediis litteris omnia expressi quae chronographus Hohenburgensis sive ex opusculis deperditis sive ipsi comperta ad priora tempora illustranda addidit, origine eorum saepius notis marginalibus (Not. Marb., Not. Hohenb.) indicata. Maiores litteras veris et sinceris Annalibus reservavi, quibus ab a. 1015. usque in medium a. 1200 (p. 76, l. 6) expressa sunt omnia, quae ex Annalibus Argentinensibus imperialibus in Cronicam Hohenburgensem transierunt[2]; inde vero usque in medium a. 1212 (p. 81, l. 32) quae frater ordinis s. Augustini de rebus suo tempore gestis adiecit (Continuationem Hohenburgensem, ut ita dicam).

Iisdem quidem litteris maioribus ea quoque excudenda erant, quae Neoburgenses Cronicae Hohenburgensi addiderant; quae his uncis ⌜. . .⌝ signata et nota marginali (Add. Neob.) saepius adscripta facile ab Annalibus secernere potes.

Omnia quae Cronicam Hohenburgensem sequuntur, quae a Neoburgensibus scripta sint, variis litteris exprimere opus non erat. Quae eorum Continuationi post addita sint, difficilius discernuntur, unde omnia iisdem litteris maioribus expressimus neque quicquam uncis inclusimus[3].

In altera huius libelli parte omnes illos breviores Annales Alsaticos collegi, qui cum Annalibus imperialibus cohaerent[4] et sua quique ratione ex Annalibus monasterii Argentinensis deperditis pendent[5]. Atque lectores iuvabit, ut opinamur, tenui volumine omnia comprehensa tenere, quae scriptores Argentinenses, quorum adhuc nulla fere vestigia

1) Litteris minoribus deductis ea expressa sunt, quae paulum mutata sunt. 2) Satis habui in margine adnotasse (Not. mon. Arg.) quae ad Annales monasterii Argentinensis reducenda sint. 3) Unum tantum locum, quo scrupulus non restat, ad a. 1220, p. 89. uncis signavi; de aliis cf. comm. p. 115 sqq. et supra p. XIV sqq. 4) Cf. stemma infra p. 113. et praefationes suo quasque loco praemissas. 5) Cf. comm. p. 145—181.

detecta erant, ad aevum Suevicum illustrandum a medio saec. duodecimo usque ad exitum gentis Stauforum memoriae tradiderunt.

Restat mihi, ut grato animo eos commemorem, qui in editione paranda me adiuvarunt, inprimis praefectos bibliothecarum Ienensis, Vindobonensis, Monacensis, archivi Alsatiae inferioris Argentinensis, reverendissimum abbatem S. Pauli in Carinthia coenobii, qui codices suae custodiae commissos benignissime mihi transmiserunt. Utilia mecum communicaverunt W. Levison Bonnensis, A. Poncelet Bruxellensis, S. I., G. Leidinger Monacensis, H. Steinacker Vindobonensis, F. Kiener et P. Wentzcke Argentinenses; O. Holder-Egger, qui etiam in plagulis corrigendis assueta benevolentia mihi astitit; A. Hofmeister, qui indicibus adiunctis quoque optime de editione meritus est; neque silentio praeteream sodales proseminarii historici Argentinensis quatuor annis ante in fontibus Cronicae Hohenburgensis investigandis sollerter me adiuvisse. Quibus omnibus nunc, cum laborem per diuturnum tempus tractum tandem absolverim, gratias ago quam maximas.

Rostockii a. d. XVI. Kal. Decembris a. 1907.

H. BLOCH.

DE SEQUENTIBUS LOCIS HUIUS TOMI ACTUM EST IN COMMENTARIO 'DIE ELSÄSSISCHEN ANNALEN DER STAUFERZEIT':

A. Marb. q. d.	*Comm. pag.*
p. 1, *l.* 1	117.
668 (*p.* 2, *l.* 14)	112.
(*p.* 2, *l.* 16)	90.
673 (*p.* 2, *l.* 19)	66, *n.* 8.
801 (*p.* 8, *l.* 5)	115.
801 (*p.* 8, *l.* 11)	113.
952 (*p.* 22, *l.* 10)	92, *n.* 16.
964 (*p.* 23 *sqq.*)	80.
964 (*p.* 24, *l.* 15)	113.
964 (*p.* 24, *l.* 34)	115.
964 (*p.* 25, *l.* 9)	115.
964 (*p.* 25, *l.* 32)	114.
1024 (*p.* 28, *l.* 11)	115.
1065 (*p.* 29, *l.* 43)	173, *n.* 3.
1080 (*p.* 31, *l.* 29)	173, *n.* 3.
1080 (*p.* 32, *l.* 12)	173, *n.* 3.
1084 (*p.* 33, *l.* 24)	68, *n.* 1.
1087 (*p.* 35, *l.* 40)	90.
1089 (*p.* 36, *l.* 19)	68. 173, *n.* 2.
1090 (*p.* 37, *l.* 4)	87, *n.* 4.
1092 (*p.* 37, *l.* 30)	87, *n.* 6.
1095 (*p.* 38, *l.* 32)	68.
1099 (*p.* 39, *l.* 26)	68.
1099 (*p.* 39, *l.* 27)	116, *n.* 2.
1099 (*p.* 39, *l.* 29)	56. 106. 115. 172, *n.* 5.
1100 (*p.* 40, *l.* 1)	87, *n.* 6; 173, *n.* 4.
1106 (*p.* 40, *l.* 10)	68.
1107 (*p.* 40, *l.* 18)	87, *n.* 6; 173, *n.* 4.
1124 (*p.* 41)	86, *n.* 5.
1125 (*p.* 41, *l.* 18)	68.
1133 (*p.* 44, *l.* 13)	107.
1152 (*p.* 46, *l.* 39)	137, *n.* 4.
1152 (*p.* 48, *l.* 4)	137, *n.* 4.
1152 (*p.* 48, *l.* 6 *sqq.*)	62. 81.
1152 (*p.* 49, *l.* 23 *sqq.*)	62. 81.
1157 (*p.* 49)	72. 172, *n.* 3.
1158 (*p.* 50, *l.* 1)	57. 115.
1159 (*p.* 50)	70.
1162 (*p.* 50, *l.* 16)	72. 172, *n.* 3.
1162 (*p.* 51, *l.* 6)	70.
1170 (*p.* 51)	70. 116, *n.* 2; 137, *n.* 4.
1180 (*p.* 52, *l.* 9)	68. 117. 128.
1181. 1182 (*p.* 52)	72, *n.* 7; 172, *n.* 3.
1183 (*p.* 53, *l.* 13)	70, *n.* 3. 86.
1183 (*p.* 53, *l.* 15)	69. 117.
1183 (*p.* 53, *l.* 25)	128.
1194 (*p.* 65, *l.* 8)	76, *n.* 8.
1195 (*p.* 66, *l.* 26)	73.
1197 (*p.* 70, *l.* 18)	74, *n.* 5.
1197 (*p.* 71, *l.* 15)	74.
1198 (*p.* 74, *l.* 6)	74.
1199 (*p.* 74, *l.* 23)	55.
1199 (*p.* 75, *l.* 6)	103. 140, *n.* 3.
1199 (*p.* 75, *l.* 29)	74.
1200 (*p.* 76, *l.* 7)	82, *n.* 4. 91.
1201 (*p.* 76 *sq.*)	65. 118. 134.
1201 (*p.* 77, *l.* 15)	118, *n.* 4.
1208 (*p.* 78 *sqq.*)	65. 118. 135.
1208 (*p.* 79, *l.* 9)	140, *n.* 3.

A. Marb. q. d.	*Comm.* pag.
1208 *(p.* 79, *l.* 26*)*	118, *n.* 7.
1208 *(p.* 80, *l.* 1*)*	82.
1208 *(p.* 80, *l.* 2*)*	109, *n.* 1; 135, *n.* 9.
1210 *(p.* 81*)*	132.
1211 *(p.* 81*)*	83, *n.* 1. 110. 119. 136.
1212 *(p.* 82 *sqq.)*	83. 110. 119.
1212 *(p.* 83, *l.* 28*)*	136.
1213 *(p.* 84, *l.* 26*)*	83, *n.* 7.
1215 *(p.* 86, *l.* 22*)*	98, *n.* 11.
1218 *(p.* 88, *l.* 6*)*	97. 115, *n.* 9. 139.
1220 *(p.* 88, *l.* 18*)*	103. 138.
1220 *(p.* 89, *l.* 3*)*	97.
1226 *(p.* 91, *l.* 6*)*	99. 119, *n.* 8.
1229 *(p.* 93, *l.* 17*)*	115, *n.* 9.
1236 *(p.* 98, *l.* 28*)*	119, *n.* 7.
1238 *(p.* 100, *l.* 11*)*	96.
1262 *(p.* 100*)*	56.

Ann. Maurimon.	*Comm.* pag.
814 *(p.* 105*)*	172, *n.* 5.
1098 *(p.* 105*)*	172, *n.* 5.
1147 *(p.* 105*)*	174.
1173 *(p.* 106*)*	174.
1174 *(p.* 106*)*	174.

Ann. prior. cod. Ell. et Cont. God.	
1228 *(p.* 116 *sq.)*	148.
1246 *(p.* 116 *sq.)*	149.

Ann. fr. Praedic.	
1224 *(p.* 127*)*	156, *n.* 3.
1246 *(p.* 128, *l.* 23*)*	165.
1251 *(p.* 128*)*	156, *n.* 3. 164.
1257 *(p.* 129*)*	156, *n.* 1.
1259 *(p.* 130*)*	154, *n.* 2.
1261 *(p.* 130*)*	157, *n.* 1.
1268 *(p.* 130*)*	157.

ADDENDA ET EMENDANDA.

p. 24, *l.* 34. *lege* ⌜Exinde — addicta⌝ *litteris maioribus, uncis inclusa.*

p. 28, *l.* 11. *lege* ⌜quia — permansit⌝ *litteris maioribus, uncis inclusa.*

p. 37, *n.* 1. *adde: Cf. Steinacker, Regesta Habsburgica I, nr.* 25.

p. 39, *l.* 31. *in marg. adde:* 1. *Mach.* 9, 66. *(Hofmeister).*

p. 45, *l.* 18. *fortasse legendum* principum [regem constitutum].

p. 51, *n.* 5. *dele* Notas Altorf.

p. 54, *n.* 1. *De his quae Alexandriae acciderunt cf. Codagnelli Annales ed. Holder-Egger p.* 9 *sq. et Ann. Romoaldi (MG. SS. XIX, p.* 440*).*

p. 64, *l.* 22: *potius* verno *supplendum?*

p. 68, *n.* 5. *adde: Cf. Hampe in 'Mitteil. des Inst. für Oesterreich. Geschichtsforsch.' XXVII, p.* 1 *sqq.*

p. 72, *n.* 3. *adde: Cf. Krammer, 'Wahl und Einsetzung des deutschen Königs' p.* 42 *sqq.*

p. 80, *l.* 2. *lege* ⌜mediante — observabat⌝ *uncis inclusa.*

p. 82, *l.* 34. *in marg. adde:* 1. *Thess.* 3, 5. *(Hofmeister).*

p. 83, *n.* 5. *lege: Registro Innocentii papae de negotio imperii . . . deperdito . . . servata sunt. Cf. Reg. Inn. III. XV, nr.* 189 *(Migne, Patrol. Lat. CCXVI, col.* 712*).*

p. 95, *n.* 2. *Cf. etiam Acta Gengenbacensia ed. Schulte in 'Zeitschrift für die Gesch. des Oberrheins' N. F. IV, p.* 102 *sq.*

p. 107, *l.* 1. *in marg. adde: Iudith* 5, 12. *(Hofmeister).*

p. 123, *l.* 32. *H. Kaiser mecum communicavit civi Argentinensi nomen* Rulmanni Barpfenig *fuisse.*

p. 124, *l.* 13. *lege:* 1218 (1219).

⌜Explicit[a] opusculum venerabilis Ottonis Frisingensis *f. 122'.* episcopi. Item aliud incipit a Dagoberto rege et aliis regibus breviter quedam perstringens, ubi quedam inveniuntur que in alio opere non habentur, et ibi quedam que hic non inveniuntur. Unde prudens lector de utroque colligat et in armariolo cordis recondat, ut, cum necesse fuerit, huiusmodi investigantibus depromere possit.⌝

SS. XVII, p. 145. *Anno ab incarnatione Domini DCXXXI.[1] Dagobertus[2] rex *f. 123.* monarchiam in tribus regnis, Burgundionum, Austrasionum, superiorum *Lib. Hist.* Francorum[3], sagaciter accepit fuitque rex fortissimus, enutritor Francorum, severissimus in iudiciis et ecclesiarum largitor; pacem in cuncto regno suo statuit. In multis gentibus rumor eius personuit, timorem universis regnis per circuitum incussit, pacificus et quietus regnum obtinuit Francorum, sancto[4] Arnulfo Metense episcopo, *Bern.* Pipino duce et Erchinoldo[2] maiore domus utens consiliariis; nimio amore iusticie flagravit. A cuius temporibus, Dagoberti scilicet regis Francorum, usque ad annum quo Karolus cognomento Magnus ex Francigenis primus imperator Romanorum factus est[5], per annos circiter CLXXI fuerunt XV imperatores Romanorum, quorum nomina hec sunt[6]: Eraclius, Constantinus, *Hist. Misc.* Heraclonas, Constans, Constantinus, Iustinianus, Leontius, Absimarus, Philippus[b], Artemius qui et Anastasius, Theodosius, Leo, Constantinus, Leo, Constantinus cum Hyrene. Hinc Romanum imperium ad Francos commigravit.

Anno Domini DCXLII. In Brittannia sanctus Oswaldus rex *Bern.* piissimus, cum regnum Anglorum et Brittonum VIIII circiter *annis strennue amministrasset[7], contra Pendanum regem paganum pugnans ocubuit et plurimis post mortem miraculis claruit. **p.* 146.

a) Expl. — possit *a librario Neoburgensi minio scriptum.* b) Philippicus *rectius Hist. Miscella.*

1) *Annus incarn. ex Bernoldo.* 2) Dagobertus — obtinuit Francorum *(l.* 15*) et* Erchinoldo *ex Libro Historiae Franc. c.* 42. 3) *Gentium nomina ex Libro Hist. Franc. c.* 40. 41. *At in errorem incidit noster, cum* Franci superiores *ibidem non pro Neustriis, sed pro ipsis Austrasiis accipiantur.* 4) sancto — flagravit *(l.* 17*) ex Bernoldo.* 5) *Cf. infra p.* 8. 6) *Imperatorum series cum ordine et nominibus Historiae Miscellae, quae Landulfi Sagacis dicitur, plane consentit.* 7) *Cf. Bernoldum ad a.* 634.

Bern. Anno Domini DCXLVI. Beata Gerdrudis virgo, filia Pipini ducis, soror Grimoaldi, Nivelensis cenobii mater, virtutibus claruit. Huius soror Begga et ipsa religiosa Angiso sancti Arnulfi filio nupsit. *Leg. Kar.* Sanctus[1] quoque Arnulfus Metensis episcopus, cum esset in iuventute dux, genuit Angisum ducem; Angisus de Begga uxore genuit Pippinum ducem, qui maior domus regni Francorum[2] erat. Pippinus genuit Karolum seniorem et ducem et maiorem domus[3] Francorum. Karolus genuit Karlomannum[4] et Pippinum, qui maiores domus[4] regni erant. Pippinus postea rex genuit Karlomannum[5] et Karolum regem, postea imperatorem, cognomento Magnum, ut in sequentibus planius dicetur.

Bern. Anno Domini DCLXVIII. In orientis[a] partibus[6] Constantinus huius nominis IIII. imperator Romanis imperat[6]; cuius temporibus ⌜Constantinopolis[7] septennio obsessa nec tamen est capta. Sub eodem Constantino⌝ floruit beatus Nicholaus archiepiscopus, qui postea apud Myream sub Iustiniano minore imperatore anno dominice incarnationis DCLXXIII.[b] migravit ad Dominum[8].

Eodem tempore beatus Arbogastus ⌜extitit[c]⌝, qui filium Dagoberti a morte suscitavit, et Florentius, qui filiam eiusdem regis a demonio vexatam liberavit, Argentine vicissim succedentes episcopi claruerunt[9].

Bern. Lib. Hist. Anno Domini DCLXXIIII. Dagobertus rex obiit, et filii[10] eius duo regno substituuntur. Sygebertus cum Pippino duce et maiore domus regie Austrasiam, Clodoveus iunior cum[11] *Chron. Ebersheim.* Nanthilde matre et Erchinoldo maiore domus regie Franciam *Lib. Hist.* et Burgundiam accepit. Sygebertus rex Austri Pippino duce

a) orientibus *c.* b) *cum annus incarn. regno Iustiniani non conveniat, fieri potest, ut* DCLXXXIII. *legendum sit.* c) extitit *in margine post vocem* Arbogastus *(in fine lineae scriptam) eadem manu add.; nisi fallor, ab ipso librario Neoburgensi non recte Cronicae Hohenburgensi insertum.*

1) Sanctus — Magnum *(l.* 11*) ex Legenda Karoli (ed. Rauschen) I, c.* 1. 2) *Cf. Bernoldum ad a.* 714. 3) *Cf. ibidem ad a.* 726. 4) *Cf. ibidem ad a.* 741. 5) *Cf. ibidem ad a.* 768. 6) in orientis partibus *et* Romanis imperat *saepius Historia Miscella.* 7) *Cf. notam marginalem saec. XIII. cod. Ienensis fol.* 73. *ad Ottonis Frising. Chronicon V, c.* 12: eodem tempore Constantinopolis obsessa fuit VII annis a quodam stolo et non capta, *ubi miro errore* stolus *non classis, sed persona intellegitur. Notitia ex Historia Miscella (ed. Eyssenhardt) XXI, c.* 14. 15. *hausta est.* 8) *De s. Nycolai Myrensis vita et tempore nihil fere constat; quibus de causis temporibus Constantini IV. et Iustiniani II. aetatem eius attribuere Annales Marbacenses adducti sint, Falconius, Sancti Nicolai Acta primigenia (Neapoli* 1751*) p.* 13. *exposuit. Falsam eandem opinionem non a nostro inventam, sed scriptoribus saec. XII. communem fuisse ex. gr. Monumenta Epternacensia (SS. XXIII, p.* 45. 46. 53*) probant. Cf. etiam notam marginalem saec. XIII. cod. Ienensis f.* 73: sub isto Constantino floruit beatus Nicolaus episcopus. 9) *Cf. Legendas s. Arbogasti et s. Florentii apud Grandidier, 'Histoire de l'Église de Strasbourg' I*^b^*, p.* 30, *nr.* 18; *p.* 38, *nr.* 22. 10) filii — finivit *ex Libro Hist. Franc. c.* 42. 43. 11) cum Nanth. et Erchin. maiore domus *cf. Chron. Ebersheim. c.* 4 *(SS. XXIII, p.* 433*).*

defuncto Grimoaldum filium eiusdem maiorem domus statuit. Decedente *[Lib. Hist.]* vero tempore defuncto Sygeberto rege, Grimoaldus filium eius parvulum nomine Dagobertum totondit et in Scotia peregrinandum direxit, filium suum in regno constituens. Franci hoc valde indignantes Grimoaldum capiunt et ad condempnandum regi Francorum Clodoveo offerunt. Qui in Parisius civitate carcere mancipatus, ut erat dignus morte, quod in dominum *suum exercuit, valido cruciatu *[*f. 123'.]* vitam finivit.

Per idem tempus concidit regnum Francorum casibus pestiferis. *[ib. c. 44.]* Fuit namque rex Clodoveus omni spurcicia deditus, fornicarius et illusor feminarum, gula et ebrietate contentus. De morte huius et fine nichil hystoria dignum recolit. Cui vicissim filii eius Lotharius, Hyldericus, Theodericus in regno successerunt. Erchinoldo[1] igitur defuncto Lotharius, qui tunc regnabat, *[ib. c. 45.]* Ebroinum maiorem domus constituit. Qui ob nimia scelera sua a Francis accusatus, ab Hylderico, qui fratri in regno successerat, in Luxovio monasterio Burgundie recluditur, et Leudesius, quem Germani Lůthericum vocant[2], filius *[Chron. Ebersheim.]* Erchinoldi, consilio Leodegarii Augustudensis episcopi maior domus *[Lib. Hist.]* palacii constituitur.

Rex igitur Hyldericus[3], cum per aliquod[a] annos regnasset, *[Chron. Ebersheim.]* a pestiferis conspiratoribus in aula cum uxore sua pregnante peremptus est. Leudesius vero, qui et Lůthericus, cum Francie et Germanie principibus fratrem eius Theodericum regem constituit, suffragantibus sibi Didone Pictaviensi episcopo, Leodegario Augustudensi episcopo et Gerino Pictavensi[4] comite, fratre eius.

Igitur Ebroinus de Luxovio egressus et apostata[5] factus, *[Lib. Hist. c. 45.]* Theodericum regem et Leudesium persecutus, regales thesauros apprehendit, et quoscumque insidiatores suos reperit, crudeli morte dampnavit. Postea in[6] Germaniam cum suis quasi pacis *[Chron. Ebersheim.]* sub obtentu pro Leudesio transmisit, ut eius auxilio in gratiam regni pervenire potuisset, dispositis ei in itinere insidiis. Ille vero, licet eum omnimodis habuisset suspectum, tamen pro pace restauranda iter aggressus est. Cumque ad loca insidiarum pervenisset, Ebroinus cum suis ex inproviso consurgens, Leudesio cum aliquantis militibus occiso, ipse[7] principatum regni violenter *[Lib. Hist.]* invasit et cum conspiratoribus suis Leodegarium episcopum *[Chron. Ebersheim.]* captum interemit, Didonem episcopum, avunculum eius, exilio dampnavit. Leudesius namque, cum maior domus esset, duxerat uxorem de prosapia sancti Sygismundi regis Burgundie genuitque ex ea Athicum seu Adalricum, qui[8] patre adhuc superstite et Hylderico

a) *ita c. saepius.*

1) Erchin. — constituitur *(l. 20) cf. Librum Hist. Franc. c.* 45; *chronista insuper Vitam Leodegarii anonymam (Acta Sanct. Bolland. Oct. I, p.* 463 *sqq.) aut certe breviorem Lectionem inde haustam cognovisse mihi videtur.* 2) quem — vocant *cf. Chron. Ebersheimense c.* 4. *Nota, quod librarius qui saec. IX. cod. B* 2 *b*[1] *Libri Hist. Franc. scripsit pro Leudesii nomine* Leuderio, Leoderium, *immo* Leodoricum *posuit.* 3) *Exhinc Chron. Ebersheim. c.* 5. 4) *Cf. ibidem c.* 6. 5) *Cf. Chron. Ebersheim. c.* 5. 6) in — Adalricum *(l. 41) ex Chron. Ebersheim. c.* 5, *solo rerum ordine mutato.* 7) ipse — invasit *cf. Librum Hist. Franc. c.* 45. 8) *Abhinc Chron. Ebersheim. c.* 6.

Chron. Ebersheim. regnante uxorem duxerat Berswindam nomine, filiam sororis sancti Leodegarii, sororem videlicet regine. Ob hanc causam consanguinitatis a prefato rege ducatum Germanie adeptus est habuitque sedem in villa regia Ehenhem et in castro quod Honburch nominatur; genuitque[1] filiam a nativitate cecam nomine Odilam, quae ab Herhardo Ratisponensi episcopo et Hyldulfo Treverensi baptizata in sacro fonte visum recepit.

Lib. Hist. Ebroinus[2] igitur, dum Francos crudeliter opprimeret, ab Ermenfredo occisus est, et Waranto maior domus a Theoderico constituitur. Quo defuncto Franci in diversa tendentes vacillabant et Berecharium quendam, statura pusillum, sapientia ignobilem, consilio inutilem, maiorem domus palacii oberrantes statuerunt.

Bern. Pippinus[3] igitur dux, filius Angisi, nepos sancti Arnulfi, *Lib. Hist.* decedentibus[4] regibus, qui iam dudum dominabantur in Austria, terram[5] sibi vendicaverat et consurgens, commoto hoste quam plurimo, contra Theodericum regem et Berecharium aciem dirigit. Illisque inter se decertantibus, Theodericus rex una cum Berechario terga vertit, Pippinus victor extitit, et Berecharius ab inimicis suis peremptus est. Post hec Pippinus dux Theoderico annuente cepit esse in principali regimine maior domus. Qui[6] multa bella gessit contra Rapotonem gentilem, contra Suevos et quam plurimas gentes.

Theoderico[7] decedente Clodoveus filius eius regnavit, post quem Hyldebertus, deinde Dagopertus. Pippinus[8] itaque, **f. 124.* dum principatum palacii sub predic*tis regibus annis XXVII *Bern.* egregie amministrasset, mortuus est anno[9] ab incarnatione Domini DCCXIIII. Eius temporibus duo Angli presbyteri Ewaldi, dum Saxonibus predicarent, martyrio coronati et miraculis declarati, ab ipso Colonie tumulati sunt anno Domini DCXCIIII.

Sequenti anno sanctus Willibrordus a Sergio papa archiepiscopus ordinatus, genti Fresonum predicans, virtutibus claruit.

Lib. Hist. Igitur Pippino mortuo Franci Raginfredum[10] in principatum maiorem palacii elegerunt; qui[11] Dagoberto rege mortuo cum Francis Danielem quendam clericum, cesarie capitis crescente, *ib. c. 53.* in regnum statuit atque Hylbericum nuncupavit. Eodem tempore Karolus dux, filius Pippini[12], in Austria semel et iterum exercitu commoto contra Hilbericum regem et Raginfredum maiorem domus, pro principatu decertantibus[a], Hylbericus cum Ragin-

a) *ita c.; cf.* bellantibus *Lib. Hist.*

1) *Haec legendae Odilianae relatio brevi textui codicis Bernensis nr.* 47. *saec. XI. simillima est, quem Pfister, 'Le duché mérovingien d'Alsace' p.* 41. *edidit, sed non recte saec. IX. attribuit (cf. Wiegand in 'Zeitschrift f. d. Gesch. des Oberrheins N. F.' VII, p.* 731*).* 2) Ebroinus — statuerunt *(l.* 12*) ex Libro Hist. Franc. c.* 47. 48. 3) Pippinus — Arnulfi *cf. Bernoldum ad a.* 714. 4) decedentibus — Austria *cf. Librum Hist. Franc. c.* 46. 5) *Quae sequuntur ex Libro Hist. c.* 48. *desumpta sunt;* sibi vendicav. *cf. Einhardi Vitam Karoli c.* 2. 6) *Abhinc ex Libro Hist. c.* 49. 7) *Cf. Librum Hist. c.* 49. 50. 8) Pippinus — mortuus est *(l.* 26*) cf. ibidem c.* 51; egregie amministr. *cf. Einhardi Vitam Kar. c.* 2. 9) *Quae sequuntur ex Bernoldo desumpta.* 10) Raginfredum — elegerunt *ex Libro Hist. c.* 51. 11) qui — nuncupavit *indidem c.* 52. 12) filius Pippini *cf. Bernoldum ad a.* 726.

fredo terga vertit; Karolus victor extitit. Deinde Hylberico[1] *Bern.* mortuo Theodericus ei successit. Quo mortuo Hyldericus[2] *Einh.* regnavit, qui tonsus et in monasterium iussu Stephani pape reclusus est, ut in sequentibus planius dicetur.

Karolus igitur dux victrici manu maior domus palacii effectus est, Raginfredo deposito. Cuius regiminis IIII. anno, qui est a nativitate Domini DCCXVIII[3], *Bern.* Sarraceni Constantinopolim obsidentes tandem divino auxilio fame, peste et ferro repelluntur.

Sequenti anno sanctus Bonifacius a Gregorio papa Maguncie archiepiscopus ordinatus est, quamvis antea[4] Maguntini episcopi *Gesta Trever.* suffraganei fuerint Wormaciensium episcoporum; et auctoritate[5] *Bern.* apostolica duos in sua parrochia episcopatus fecit, Wirzeburgensem scilicet, cui sanctum Burchardum, et Eistetensem, cui sanctum Willibaldum comprovinciales primos episcopos ordinavit. Hic etiam Fuldense[6] cenobium in saltu Bochania construxit, ubi postea, cum Fresonibus predicaret, martyrii coronam adeptus anno Domini DCCLIIII. sepultus est.

Anno dominice incarnationis DCCXXIII. Corpus sancti Augustini Yponensis episcopi de Sardinia in Ytaliam a Lůprando rege Longobardorum translatum est Tycinum.

Sequenti anno sanctus[7] Pirminius in Augia insula serpentes fugavit et, cenobialem vitam ibi instituens, Ethonem postea Argentinensem episcopum, qui etiam Ethenheim cenobium construxit, *pro se abbatem constituit ipseque Alsaciam, Allemanniam *Vita Pirm. et Bern.* *p. 147. atque Bawariam[8], alia constructurus cenobia, peciit, quorum nomina hec sunt[9]: Althahe, ⟨Pheversa[a]⟩ Favarias, Můrbach, Scůthere[10], Gengenbach, Swarza, Wizenburch[b], Horenbach, Morsmůnstere, Nůwilre.

Anno Domini DCCXXXI. Beda presbyter, natione Anglicus, *Bern.* doctor eximius, migravit ad Dominum.

Karolus[11] igitur dux et maior domus regni Francorum, postquam Alemanniam, Bawariam et totam Provinciam Teutonicorum[12] subegit regno Francorum, genuit[13] Karlomannum et Pipinum. Qui, diviso[14] post obitum eius[c] patris regno Francorum, maiores domus prefuerunt, regibus tamen in Francia, sed parva dignitate regnantibus. Igitur Pippinus[15] missis Romam legatis Zachariam papam de regno Francorum et ignavis eius regibus

a) *glossa Cronicae Hohenburgensi superscripta errore librarii Neoburgensis ipsi textui inserta esse mihi videtur.* b) Wizenbčh *c.; et ita sepius* bčh *pro* burch. c) *ita c.*

1) *Cf. Bernoldum ad a.* 720. 2) Hyld. — recl. est *cf. Einhardi Vitam Kar. c.* 1. 3) *Sequentia ex Bernoldo.* 4) antea — episcoporum *ex Gestis Treverorum c.* 25 *(SS. VIII, p.* 162*).* 5) auctoritate — ordinavit *(l.* 15*) ex Bernoldo ad a.* 746. 6) *Cf. Bernoldum ad a.* 744. 754. 7) *Cf. ibidem ad a.* 724. 727. 731. 734. 8) Allem. atque Bawar. *cf. Vitam s. Pirminii c.* 5 *(SS. XV, p.* 25*).* 9) nomina hec sunt *indidem.* 10) Scůthere — Nůwilre *cf. ibidem c.* 5. 6. 8. *Chronistam sua non ex ipsa Vita, sed ex Lectione inde hausta sumpsisse verisimile est.* 11) *Sequentia ex Bernoldo ad a.* 714. 722. 739. 12) *Chronista Provinciae Galliarum (Provence) ignarus Bernoldi* Provinciam subicit *falso interpretatus est.* 13) *Cf. supra p.* 2, *l.* 8. 14) *Sequentia ex Bernoldo ad a.* 741. 726. 15) *Cf. ibidem ad a.* 751.

Bern. Einh. consuluit. Cuius auctoritate[1] et non multo post iussu Stephani Romani pontificis Hilderico, qui tunc temporis regnum Fran- Bern. corum tenebat, deposito atque in monasterium detruso, Pippinus maior domus rex Francorum electus et Swessionis a sancto Bonefacio Magunciensi archiepiscopo unctus est anno Domini DCCLII.

Einh. c. 1. Gens namque Merovingorum, de qua Franci reges creare sibi soliti erant, usque ad hec tempora duravit; que licet in Hylderico finita possit videri, tamen iam dudum nullius vigoris erat, nec quicquam in se clarum preter inane regis vocabulum preferebat. *f. 124'. Nam opes et potentia regni pe*nes palacii prefectos, qui maiores domus dicebantur, et ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur; neque regi aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, solio resideret ac speciem dominantis effingeret, legatos undecumque venientes audiret eisque abeuntibus responsa, quae erat doctus vel etiam iussus, ex sua velut potestate redderet; cum preter inutile regis nomen et precarium vite stipendium, quod ei prefectus aule prout videbatur exhibebat, nil aliud proprii possideret quam unam preparvi reditus villam, in qua domum et ex qua famulos sibi ministrantes atque obsequium exhibentes pauce numerositatis habebat. Quocumque eundum erat, carpento ibat, bubus iunctis et bubulco rustico more agente trahebatur. Sic ad palacium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni utilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. At regni amministrationem et omnia quae vel domi vel foris agenda ac disponenda erant prefectus aule procurabat.

ib. c. 2. Quo officio tunc, cum Hyldericus deponebatur, Pippinus iam velut hereditario iure fungebatur; qui honor non aliis dari consueverat quam his qui et claritate generis et opum magnitudine ceteris eminebant[a]. Hunc cum Pippinus ab avo et patre sibi et fratri Karlomanno relictum, summa concordia divisum, sex annis sub rege memorato tenuisset, Karlomannus amore conversationis contemplative succensus, operosa temporalis regni amministratione relicta, in monte Cassino optata quiete perfruitur.

ib. c. 3. Pippinus autem per auctoritatem Romani pontificis ex prefecto palacii rex constitutus, cum per aliquod annos Francis solus impe- Bern. raret, Stephanus[2] papa pro auxilio contra Haistulfum Longobardorum regem poscendo ad eum in Franciam venit et filios eius Karolum, Leg. Kar. Bern. ob[3] virtutum et meritorum quantitatem cognomento Magnum, et Karlomannum Parisius reges inunxit anno Domini DCCLIII.

ib. 753—756. Eodem anno Pippinus rex Saxonia vastata Italiam cum exercitu petiit, Haistulfum regem Papie obsessum obsides dare et res sancti Petri sub sacramento reddere coegit. Post discessum Pippini regis Haistulfus sacramentum contempnens Romam obsidet, omnia circum ferro et igne vastans. Quapropter papa legatos per mare ad Pippinum regem pro auxilio misit. Qui veniens Haistulfum Papie obsedit et Ravennam aliasque urbes pervasas sancto Petro et domino pape vi ablata reddere compulit.

a) eminebat *c.*

1) *Ex Bernoldo ad a.* 752. *et ex Einhardi Vita Karoli c.* 1 (iussu — detruso). 2) *Abhinc Bernoldus ad a.* 753. 3) ob — Magnum *ex Legenda Karoli I, c.* 2 *(ed. Rauschen p.* 23, *l.* 8*).*

Anno dominice incarnationis DCCLVIIII. Sanctus[1] Othmarus, *Bern.* qui celle sancti Galli primus abbas constitutus XL annis preerat, a Warino et Rothardo consensu Sydonii Constantiensis[2] episcopi inique dampnatus et in insulam Rheni Stein[a] relegatus migravit ad Dominum.

Eodem anno Waifarius tyrannidem in Aquitania exercuit; cui resistens Pippinus rex Wasconiam seu Aquitaniam invasit et tyrannum iniuste usurpata sub sacramento reddere coegit.

Finito[3] Aquitanico bello, quod per continuos novem annos *Einh. c. 3.* gerebatur, Pippinus XVII.[4] anno regni sui apud Parisius obiit, *Bern.* superstitibus filiis Karolo Magno[5] et Karlomanno, ad quos successio *Einh.* regni divino nutu pervenerat. Franci igitur facto generali conventu ambos sibi reges constituunt ea conditione, ut totum regni corpus ex equo partirentur. Karlomannus post amministratum communiter biennio regnum morbo decessit, et Karolus fratre defuncto consensu omnium Francorum rex constituitur. Qui Hyldegardam de gente *ib. c. 18.* Swaborum precipue nobilitatis feminam in matrimonium accepit et tres[6] ex ea filios genuit, quorum unus vocabatur nomine patris sui *Thegan.* Karolus, alter Pippinus, qui postea factus est rex super Ytaliam, tercius vero vocabatur Lůdewicus, qui fu*it rex super Aquitaniam. **f. 125.* Liberalibus disciplinis et mundanis legibus instruebat eos et cum[7] *Einh. c. 19.* primo etas paciebatur, more Francorum equitare, armis ac venationibus exerceri fecit. Tres etiam de Hyldegarda filias habuit, Růdrudem, *ib. c. 18.* Bertham et Giselam.

Karolus igitur[b] per XXXIII annos sub nomine regis circumquaque fortia gessit bella, ut in sequentibus dicetur[8].

Romam[9] venit propter Leonem[10] papam, qui a Romanis *Bern.* lingua precisa et excecatus in Saxoniam ad eum perductus fuerat; ubi Leonem de ei illatis et non probatis criminibus sacramento purgatum sedi sue restituit ac temerarios[c] iuxta leges Romanas capitali sententie addixit, sed precibus eiusdem pape vita concessa in exilium eos relegavit. Itaque cum tanti tamque *Leg. Kar. II, 1.* famosi viri per totum orbem terrarum fidei probitatisve fama pervolavit, Romani potentissimum Romanum imperium, immo et pape electionem sibi prescripserunt. Igitur precibus beati Leonis *ib. I, 4.* pape et principum regni omniumque primatum admonitus, tam Dei quam hominum voluntati consentiens cum magno universalis cleri plebisque tripudio in die natalis domini nostri Ihesu Christi anno incarnationis eius DCCCI.[11] ante altare beati Petri apostoli Rome a

a) Rhenistein *c.* b) dum *post* igitur *del.* c) temeratores *Bernold.*

1) *Ex Bernoldo ad a.* 720. 759. 2) *Cf. ibidem ad a.* 746. 3) *Abhinc Einh. Vita Karoli c.* 3. 4) *Cf. Bernoldum ad a.* 752. 5) *Cf. ibidem ad a.* 768. 6) tres — eos *(l.* 21*) ex Thegani Vita Hludowici c.* 4 *(SS. II, p.* 591*).* 7) cum — fecit *ex Einh. Vita Karoli c.* 19. 8) *Cf. infra p.* 10, *l.* 3. 9) Romam venit propter *cf. Einh. c.* 28. 10) *Abhinc Bernoldus ad a.* 799. 800. 801. 11) *Annus incarn. ex Bernoldo.*

Leg. Kar. Leone papa consecratus et unctus est[1] Karolus imperator, ipso papa coronam auream capiti eius imponente, in iubilo cordis et oris Romano clero et populo acclamante: 'Karolo augusto, a Deo coronato[a] magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria'!

⌈Sciendum[2] est, quod primus omnium regum vel imperatorum post Christi nativitatem Karolus unctus est bis equidem, primo in Francia cum fratre Karlomanno adhuc puer in regem[3], deinde Rome in imperatorem[4]. Ex eo reges et imperatores more antiqui Dei populi ungi ceperunt.⌉

⌈Notandum[5] etiam, quod huius nominis tercius Valentinianus, sub[b] quo beatus Augustinus Yponensis doctor obiit[6], novissimus augustorum fuit in urbe Roma[7]; post quem Hesperium cecidit regnum, et nemo creatus est Rome augustus per annos circiter CCCXLVIII usque ad Karolum Magnum.⌉

Leg. Kar. Ipse[8] enim primus ⌈post Valentinianum[c]⌉ Rome imperator augustus extitit.

⌈Post quem Romanum imperium cis mare Francorum regibus administrandum cum cesaris imperatoris augusti nomine commissum est, usque quo deficiente in Francia et lacessente[d] regio stemate[9] Romanum imperium a Theutonicis principibus amministratum est usque in hodiernum diem.⌉

a) coconato *c.* b) *haec de morte Augustini verba Cronicae Hohenburgensi fortasse infra (p. 24, l. 15) post Valentiniani III. nomen inserta erant et a librario Neoburg. huc translata sunt.* c) post Valentinianum *a librario Neoburg. additum; in Cronica Hohenburgensi ut in Legenda* ex Francis *vel* ex Francigenis *(cf. supra p. 1, l. 19 et infra p. 25, l. 30) certe legebatur.* d) *ita c.*

1) *Cf. Legendam Karoli I, c.* 1: consecravit et unxit. 2) *Quas edendi rationes hic secutus sim, in commentario 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' exposui.* 3) *Cf. supra ad a.* 753, *p.* 6, *l.* 37. 4) *Cf. supra l.* 1. 5) *Cf. notam marginalem cod. Ienensis fol.* 65'. *ad Chron. Ottonis Frisingensis IV, c.* 28. *saec. XIII. fortasse ab ipso librario Neoburgensi additum:* Iste Valentinianus novissimus augustorum fuit in urbe Roma. Post quem Rome nemo creatus est augustus usque ad Karolum Magnum Francorum regem. Post quem Romanum imperium cis mare Francorum regibus amministrandum cum cesaris imperatoris augusti nomine commissum est non irrationabiliter, quia Romani et Franci de eodem fonte Troiani sanguinis emerserunt. 6) *Cf. Hist. Misc. XIV, c.* 10. *et Ottonis Chron. IV, c.* 24. 7) *In Catalogo Ottonis Chron. adiecto series imperatorum occidentalium in Valentiniano III. subsistit; inde falsa de ipso ultimo imperatore opinio nata esse videtur; cf. etiam infra p.* 24. *l.* 17. *de morte Aetii:* cum quo fortuna omnis et virtus Hesperie corruit. 8) Ipse — extitit *ex Legenda Karoli I, c.* 3. 9) deficiente . . . regio stemate *cf. infra ad a.* 911.

Hec civitas[1] Roma condita est a Romulo annis quin- *Hist. Misc.* gentis XIX post Troie excidium; a condicione vero inclite urbis usque ad incarnationem Domini fuerunt anni DCCLII[2].

*Karolus factus imperator Galliarum fines adiit *Leg. Kar. I, 16.* **p. 148.* et locum qui Aquis ab aquarum calidarum adaptatione traxit vocabulum solito more venandi causa egressus est, et perplexione silvarum et errore viarum a sociis separatus, termas calidorum fontium et palacia inibi reperit, quae quondam Grannus, unus de Romanis principibus, frater Neronis et Agrippe, construxerat; quae longa vetustate deserta ac demolita, frutectis quoque ac vepribus occupata pede equi, quo sedit, inter saltus rivis aquarum calidarum percepit et reperit[a]. In quo loco sub tytulo et honore beate Dei genitricis Marie fundavit ęcclesiam miri decoris, quam auro et argento et vario ornatu solidi aeris, cancellis quoque et ianuis magnifice et mirifice adornavit. Ad cuius etiam fundationis structuram cum columpnas et marmora aliunde habere non posset, Roma, Ravenna ac Treveri[3] *Gesta Trever.* devehenda curavit, nullum laborem ac sumptum recusans. Conse- *Leg. Kar. I, 16.* crationem vero eiusdem basilice quanta sollempnitate episcoporum et prelatorum, quanta tocius regni et imperii primatum et principum numerositate celebraverit, ascito etiam beato Leone, sancte Romane sedis presule, series gestorum *principalium manifeste declarat. Illius **f. 125'.* namque ęcclesiae celeberrima dedicatio sub presentia metropolitanorum et episcoporum numero CCCLXV, excepta innumerabili multitudine ducum, marchionum, comitum, baronum tam Italie quam Saxonie, tam Bawarie quam Alemannie et utriusque Francie, ab omnibus gloriosissime est sollempnizata. Illic igitur domino apostolico et omnibus predictis nobilibus et egregiis personis congregatis, imperator meruit ab omnibus obtinere pro nimia devotione, quam erga ipsum locum et matrem Christi habebat, ut in templo eodem sedes unctionis regie[4] locaretur, et locus regalis et caput Gallie trans Alpes haberetur, ac in ipsa sede reges successores et heredes regni iniciarentur, et sic iniciati iure dehinc imperialem benedictionem Rome a domino apostolico sine ulla interdictione planius assequerentur. Confirmatum et sanctitum[b] est a domino apostolico Leone et a Karolo Romanorum imperatore semper augusto, quatinus ratum et inconvulsum hoc statutum et decretum maneat, et Aquisgrani sedes regni trans Alpes habeatur, sitque caput omnium civitatum et provinciarum Gallie. Acquieverunt universi voluntati imperatoris, qui ad hoc sollempne dedicationis ex diversis regnis confluxerant, ac bonum et acceptum coram Deo et hominibus apostolici et imperatoris decretum astruxerunt et omnium graduum, episcoporum, abbatum quoque banno corroborari hanc peticionem universi acclamaverunt. Quam[5] *ib. I, 13.* strennue Deo dilectus[6] imperator, materialis gladii cingulo milicie

a) perceptis et repertis *Legenda*. b) *ita c.*

1) *Exhinc Hist. Misc. I, c.* 5, *ubi tamen* post Troie excidium *anni* CCCCXIX *numerantur.* 2) *Cf. ibidem VII, c.* 18. 19. 3) *Cf. Gesta Treverorum c.* 25 *(SS. VIII, p.* 163*)*: multum marmor et museum plurimum de Treberi ad Aquis palacium devexit. 4) sedes unctionis reg. *ex Legenda Karoli I, c.* 15. 5) Quam — sustinuerit *ex Legenda Karoli I, c.* 13. 6) Deo dilectus *cf. Legendam Karoli III, c.* 16 *et saepius.*

Eg. Kar. precinctus, laboriosum onus sustinuerit, qui scire desiderat[1], in[2] cathalago[a] virorum fortium et in cronicis eiusdem inveniet; tamen pauca bellorum eius insignia annotemus.

Einh. c. 5. Omnium quae gessit bellorum primo Aquitanicum, a patre Pippino inchoatum, sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur, fratre adhuc vivo et auxilium ferre rogato suscepit. Et licet eum frater promisso frustrasset auxilio, susceptam expedicionem strennuissime executus est. Nam Hunoldum, qui post Waifarii mortem Aquitaniam occupare bellumque iam pene peractum reparare temptaverat, Aquitaniam relinquęre[a] et Wasconiam petere coegit. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmisso amne Garonna, Lupo Wasconum duci per legatos mandat, ut perfugam lapsum reddat, an bellica manu eum aditurum se sciat. Sed Lupus saniori usus consilio non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum cum provincia cui preerat eius potestati submisit.

ib. c. 6. Compositis in Aquitania rebus eoque bello finito regniq ue socio iam rebus humanis exempto, precibus Adriani pape exoratus bellum contra Longobardos suscepit. Quod prius quidem et a patre eius, Stephano papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est; quia quidam e primoribus Francorum, cum quibus consultare solebat, adeo voluntati eius renisi sunt, ut se regem deserturos domumque redituros libera voce proclamarent. Susceptum tamen est tunc contra Haistulfum regem et celerrime completum. Sed licet sibi et patri belli suscipiendi similis ac pocius eadem causa fuisse videretur, haut simili tamen et labore certatum et fine constat esse completum. Pippinus siquidem Haistulfum paucorum [dierum[b]] obsidione compulit Romanis sub sacramento ablata restituere; Karolus vero post [inchoatum[b]] a se bellum non prius destitit, quam et Desiderium regem, quem longa obsidione fatigaverat, in dedicionem susciperet, filium eius Adalgisum, in quem spes omnium inclinate videbantur, non [solum[b] regno], sed etiam Italia excedere compelleret, omnia Romanis accepta[c] restitueret, R[uodgausum[b]] Foro Iulii ducatus prefectum opprimeret totamque Italiam sue dicioni *f. 126. *subiugaret subacteque filium Pippinum regem imponeret.

ib. c. 7. Post cuius finem Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est. Quo nullum neque prolixius neque atrocius Francorumque populo laboriosius susceptum est. Cum magna utrimque animositate susceptum est bellum, tamen maiore Saxonum quam Francorum dampno, et per continuos XXXIII annos gerebatur. Poterat siquidem cicius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dicendum est, quociens superati ac supplices regi se dediderunt, legatos qui mittebantur susceperunt, aliquociens ita domiti et emolliti, ut etiam cultum demonum dimittere et Christiane religioni se subdere promitterent. Sed sicut ad hec facienda aliquociens proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere precipites. Nam numquam[d] eos aliquid perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se aut per comites suos misso exercitu perfidiam ulcisceretur et dignam ab eis penam exigeret, usque dum, omnibus qui resistere solebant profligatis et in suam potestatem redactis, decem milia hominum ex his qui utrasque ripas Albis fluminis[e] incolebant cum uxoribus et parvulis sublatos transtulit et

a) *ita c.* b) *voces et litteras aqua et naevis deletas ex Einhardo supplevi.* c) erepta *Einhard.* d) n̄numquam *pro* nā numquam *c.* e) fluminibus *c.*

1) scire desid. *cf. Legendam I, c.* 16. 2) in — eiusdem *cf. Legendae prologum.*

huc atque illuc per Galliam et Germaniam multimoda divisione distribuit. *Einh.* Eaque conditione a rege proposita et ab illis suscepta, tractum per aliquod annos bellum constat esse finitum, ut, abiecto demonum cultu et relictis patriis cerimoniis, Christiane fidei atque religionis sacramenta perciperent et Francis adunati unus cum eis populus efficerentur.

Hoc bellum licet per multum temporis spacium traheretur, *ib. c. 8.* ipse non amplius cum hoste quam bis acie conflixit. His duobus preliis hostes adeo profligati et devicti sunt, ut ulterius regem neque provocare neque venienti resistere auderent. Plures tamen eo bello ex nobilitate Francorum quam Saxonum consumpti sunt, tandemque anno XXXIII. finitum est. Cum enim assiduo cum Saxonibus *ib. c. 9.* bello certaretur, dispositis per congrua confiniorum loca presidiis, Hyspaniam quam maximo poterat belli apparatu adgreditur; saltuque Pyrenei superato, omnibus quae adierat oppidis atque castellis in dedicionem acceptis, salvo atque incolumi exercitu revertitur; preter quod in ipso Pyrenei iugo Wasconiam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri. Nam eos qui incedentes novissimi agminis subsidio precedentes tuebantur desuper incursantes in subiectam vallem deiciunt, consertoque cum eis prelio usque ad unum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis, noctis beneficio, quae iam instabat, protecti in diversa disperguntur.

Postea domuit Brittones, qui ad occidentem in extrema *ib. c. 10.* quadam parte Gallie super litus occeani residentes[a] obsides dare et quae imperabantur se facturos coacti sunt promittere. Postea cum exercitu Italiam ingressus est ac per Romam iter agens ad Capuam Campanie urbem accessit atque ibi positis castris bellum Beneventanis, ni dederentur, comminatus est. Prevenit hoc dux gentis Aragysus: filios suos Růmoldum et Grimoldum cum magna pecunia obviam *Karolo mittens rogat, ut filios obsides suscipiat, seque cum **p. 149.* gente imperata facturum pollicetur, preter hoc solum, si ipse ad conspectum venire cogeretur. Rex, utilitate gentis magis quam animi obstinatione considerata, oblatos sibi obsides suscepit eique, ut ad conspectum venire non cogeretur, pro magno munere concessit; unoque ex filiis, qui minor erat, obsidatus gracia retento, maiorem patri remisit.

Bawaricum deinde bellum et repente ortum et celeri fine com- *ib. c. 11.* pletum est. Quod superbia Tassilonis ducis excitavit; qui ortatu uxoris, quae filia Desiderii regis erat ac patris exilium *per maritum ulcisci posse **f. 126'.* putabat, iuncto federe cum Hunis, qui Bawaris sunt ab oriente contermini, non solum imperata non facere, sed bello regem provocare temptabat[b]. Qui copiis undique contractis Bawariam petiturus ipse ad Lechum amnem, qui fluvius Bawaros ab Alamannis dividit, cum maximo venit exercitu. Cuius in ripa castris collocatis, priusquam provinciam intraret, animum ducis per legatos statuit experiri. Sed nec ille pertinaciter agere vel[c] sibi vel genti utile ratus, supplex se regi subdi permisit, obsides qui imperabantur dedit, inter quos et filium suum Theodonem, data insuper fide cum iuramento. Sicque bello, quod maximum futurum videbatur, celerrimus est finis impositus.

His motibus ita compositis, Sclavis, qui nostra consuetudine Wilzi *ib. c. 12.* vocantur, bellum inlatum est. Causa belli erat, quod Abroditos, qui cum Francis olim federati erant, assidua incursione lascescebant

a) *Einhardi verba* dicto audientes non erant *hic omissa sunt.* b) temptabāt *c.* c) sed *c.*

Einh. nec iussionibus coerceri poterant. Sinus[a] quidam ab occidentali occeano versus orientem porrigitur longitudinis incomperte, quem multe circumsedent nationes, Danisi[b] ac Sueones, quos Nortmannos vocamus, qui septentrionale litus et omnes in eo insulas tenent. At litus Austrie Sclavi[c] et Aisti et alie diverse incolunt nationes; inter quos precipue fuerunt, quibus tunc a rege bellum inferebatur, Wetalabi[d]. Quos ille una tantum expeditione ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minime rennuendum iudicarent.

ib. c. 13. Maximum omnium quae ab illo gesta sunt bellorum preter Saxonicum huic bello successit contra Avaros et Hunos. Unam tamen per se in Pannoniam — nam hanc provinciam ea gens tunc incolebat — expeditionem fecit, ceteras filio suo Pippino ac prefectis provinciarum atque legatis perficienda commisit. Quod cum ab his strennuissime fuisset amministratum, octavo tandem anno est completum. Quod prelia in eo gesta, quantum sanguinis in eo fusum sit, testatur vacua omni habitanti Pannonia et locus in quo regia kagani[e] erat ita desertus, ut nec vestigium quidem in eo humane habitationis appareat. Tota in hoc Hunorum nobilitas periit, tota gloria decidit. Omnis pecunia et congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati sint, quippe cum usque in id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri et argenti in regia repertum, tot spolia preciosa sublata, ut merito credi posset hoc Francos Hůnis iuste eripuisse, quod Hůni prius aliis gentibus iniuste eripuerunt.

ib. c. 15. Post hec bello appetit utramque Pannoniam et adpositam in altera parte Danubii ripe Daciam, Hystriam quoque et Liburnam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas[f] ob amiciciam et iunctum fedus Constantinopolitanum imperatorem habere permisit; deinde omnes barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum et Visuam fluvios occeanumque ac Danubium posite, lingua pene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles[g], ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret. Inter quas[f] precipue fuerunt Welatabi, Sorabi, Abodriti, cum quibus bello conflixit; ceteras, quarum multo[h] maior est
ib. c. 13. numerus, in dedicionem accepit. Boemicum et Liconicum, quae postea exorta sunt, diu stare non potuerunt; quorum utrumque ductu Karoli iunioris celeri fine completum est.

ib. c. 14. Postea contra Nortmannos, qui[i] primo pyraticam exercentes,
**f. 127.* deinde littora Gallie atque Germanie va*stantes, bellum susceptum est. Quorum rex Godefridus adeo vana spe inflatus erat, ut sibi tocius Germanie promitteret potestatem; Fresiam quoque atque Saxoniam haut aliter quam suas estimabat provincias. Iam Abodritos, vicinos suos, in suam ditionem redegerat, iam eos sibi vectigales fecerat. Iactitabat etiam se brevi Aquisgrani cum maximis copiis adventurum. Nec dictis eius, quamvis vanissimis, omnino fides abnuebatur[k], quin pocius putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi festinata fuisset morte preventus. Nam a proprio satellite interfectus et sue vite et belli a se inchoati finem acceleravit.

Leg. Kar. II, 2. Interea apud Ierusalem inter Christicolas et paganos discordia orta est adeo magna, quod patriarcha, vir perfectissime religionis, de

a) situs *c.* b) *apud Einhardum* Dani siquidem; *quae neglegentia chronistae corrupta sunt.* c) Scavi *c.* d) Welatabi *Einh.* e) kanagi *c.* f) quos *c.* g) *hoc loco Einhardi verba* Germaniam incolunt *desunt.* h) multitudo *c.* i) qui *hic superfluum, cum apud Einhardum* qui Dani vocantur *legatur.* k) annuebatur *c.*

civitate vi expulsus ad imperatorem Constantinum et filium eius *Leg. Kar.* Leonem, qui tunc temporis illis partibus imperabat, Constantinopolim fugiendo cum aliis Christianis pervenerit et ei lacrimabiliter, quae et quanta sibi sint illata, et qualiter sepulcrum Domini et sancta loca gentes inordinate tractent, quod universis Christi fidelibus deberet esse dolendum, enarravit.

Imperator igitur hostes sancte ecclesiae refrenan- *ib. II, 3.* dos Karolum Magnum socium itineris ascivit, litteris sibi cum muneribus insignibus directis. Quibus ille receptis, *ib. II, 7.* intellexit iam se a Deo ad hoc negotium preelectum esse et iam usque orientales famam sue probitatis transvolasse. Hinc gaudio gavisus est valde; sed opido, quod dominicum sepulcrum erat a paganis obsessum, condolens lacrimari cepit. Qui statim consilio habito per totum Francorum regnum edici citissime imperat, ut omnes, quicumque ad sese defendendum arma possent deferre, tam senes quam iuvenes secum pugnaturi in paganos versus orientales plagas inevitabiliter satagant. Alioquin, quicumque huius edicti mandata non peregerit, ipse in vita sua et filii eius similiter ex regis decreto de capite IIII nummos quasi servi solvant. Quid ultra? Catervatim undique populis circumfluentibus, maiorem exercitum, quam antea habuisset, brevi spacio congregavit. Itaque in nomine Domini profectus[1], tandem cum exercitu suo Constantinopolim longo itinere *ib. II, 8.* fatigatus pervenit. Postea vero [fusis[a]] fugatisque paganis, ad celsam *ib. II, 9.* urbem, quae vexilla vivifice crucis Christique passionis retinet monimenta, letus et supplex adventans patriarche totique Christicole plebi cuncta prospera Deo opitulante solidavit. His itaque gestis imperatorem Constantinum licentiam repatriandi Karolus Magnus subrogavit, acceptis ab eo dignis ac sacrosanctis pigneribus sanctorum, scilicet[2] de spinea corona Domini octo spinas cum roboris *ib. II, 24. 21.* parte, unum de clavis Domini et de sancta cruce et sudarium Domini et sancte Dei genitricis camisiam et cinctorium, unde puerum Ihesum in cunis cinxerunt, et brachium senis Symeonis et alia multa; quae omnia Deo dilectus[3] Karolus post reditum suum Aquisgrani cum multorum religiosorum virorum comitatu diligentissime recondidit[4].

Itaque magnus imperator Karolus, postquam multis labori- *ib. III, 1.* bus diversa orbis regna innumerasque urbes a mari usque[b] ad mare, divinis munitus subsidiis, invincibili potentie sue brachio subiugavit et ab infidelium potestate liberavit, Christiano imperio subdidit. Tanto igitur sudore ac gravi fatigatus labore, ut requiem sibi daret nec amplius bellum iniret, proposuit. Et ecce per visum nocte intuitus est in celo quandam viam quasi stellatam, incipientem a mari Frisie et tendentem inter terram Teutonicam et Italiam, inter Galliam et Aquitaniam rectissime transeuntem per Wasconiam Basculamque et Navarriam atque Hyspaniam usque Galiciam, ubi corpus beati Iacobi

a) *ita Leg. Kar.; deest c.* b) u^q^s *c.*

1) *Auctor his verbis notissimum cruce signatorum cantum significare videtur:* in gottes namen fahren wir. 2) *Ex Legenda Kar. II, c. 24 et c. 21.* 3) *Cf. supra p. 9, n. 6.* 4) *Cf. Legendam Kar. II, c. 23.*

Leg. Kar. III, 2. tunc temporis latebat incognitum. Hec igitur cum Karolus per singulas pene noctes conspiceret, apparuit ei [beatus[a] Iacobus] ammonens, ut ad expugnandam perfidiam et visitandam memoriam *f. 127'. eius in Galiciam proficisci deberet, *et post eum omnes populi a mari usque ad mare peregrinantes et delictorum suorum veniam implorantes illuc ituri essent a temporibus suis usque ad finem seculi. Quibus imperator excitatus et ammonitus atque promissione apostolica fretus, coadunatis exercitibus multis expugnare gentes Hyspanie et ib. III, 3. Galicie aggressus est. Prima urbs, quam obsidione cinxit, Pampilona extitit, et sedit circa eam tribus mensibus; sed eam capere non poterat, quia muris inexpugnabilibus munita erat. Tunc prece ad Dominum et ad *sanctum Iacobum fusa, muri confracti funditus corruerunt, sicut legitur divinitus factum de muris Iericho. *p. 150. Itaque Sarracenos qui baptizari voluerunt ad vitam reservavit eosque qui rennuerunt gladio feriendos tradidit. His auditis ceteri Sarraceni invictissimo Karolo ubique sese in dedicionem tradebant obviamque ei tributa mittebant et urbes ultro reddebant, totaque gens in Galicia valida et robusta[b] armis abiectis imperatorem Karolum honorifice et pacifice recepit. Deinde Karolus visitato beati Iacobi sepulcro accessit ad petram limitarem et infixit in mari lanceam suam, agens Deo grates et sancto Iacobo, qui illum hucusque duxisset, dicens, quia ulterius ire non posset.

ib. III, 6. Reverso demum in Galliam Karolo Magno, quidam rex Affrice nomine Aiolandus cum exercitu terram Hyspanie sibi subiugavit, interfectis universis eiectisque de oppidis et urbibus Christianis custodibus, quos ad custodiendam terram reliquęrat. His auditis Karolus cum magno exercitu rursum proficiscitur in Hyspaniam ib. III, 7. reperitque Agyolandum in ameno prato super fluvium quod vocatur Ceia, ubi postea basilica beatorum martyrum Facundii et Primitivi ab ipso noscitur fabricata. Appropinquantibus autem Christianorum exercitibus, mandavit Agyolandus Karolo optionem pugnandi secundum velle suum, vel XX contra XX, vel XL contra totidem, vel centum contra C, vel mille adversus mille, vel uno contra unum, vel duobus contra duos decertantibus. Interea missi sunt a Karolo centum contra C Agyolandi milites, et interfecti sunt Sarraceni. Deinde misit Agyolandus CC contra CC Karoli milites, et statim occisi sunt omnes Mauri. Iterum misit Agyolandus duo milia contra duo milia, e quibus alia pars occisa est, alia terga vertit. Tercia vero die iecit sortes Agyolandus secreto, in quibus agnovit Karoli detrimentum, et mandavit ei, ut ad pugnam plenariam contra eum die sequenti veniret; quod ab utraque parte concessum est. Tunc astiterunt quidam ex Christianis, qui sero ante diem belli arma sua bellica studiose preparantes hastas suas in terra fixerunt erectas ante castra, scilicet in pratis iuxta prefatum flumen; quas summo mane corticibus et frondibus invenerunt vestitas: hii scilicet, qui in acie proxima palmam martyrii pro fide Christi erant accepturi. Unde ultra quam dici fas est ammirantes tantumque miraculum divine gratie et meritis fideique imperatorie ascribentes absciderunt[c] prope terram; quarum radices, quae in terra remanserunt, ex se postea magna

a) *uncis inclusa pene deleta ex nota marginali saec. XV. supplevi.* b) *textus omnino corruptus. Cf. Legendam Karoli III, c. 3, ubi legitur:* gens Sarracenica videns gentem Gallicam validam scilicet et decenter ornatam. c) hastas *hic et in ipsius Legendae codicibus* A^1 A^2 V^1 *deest.*

genuerunt nemora, quae adhuc in eodem loco apparent. [Erant[a] *Leg. Kar.* autem multe] ex hastis fraxineae. Die igitur sequenti commissa est contra hostes pugna, in qua occisa sunt Christianorum XL milia, et dux Milo de Angulariis, Rothlandi genitor, ibidem martyrii palmam adeptus est cum his, quorum haste, ut dictum est, fronduerant. Sed et Karoli equus[b] in eadem pugna interemptus est. Tunc imperator constanter permanens cum duobus milibus Christianorum peditum et ipse pedes, cum [se[a] inter] innumera hostium milia cerneret circumvallatum, evaginato gladio multos Sarracenorum trucidavit. Die vero advesperascente tam Christiani quam Sarraceni in castra revertuntur. *Altera die Agyolandus in fugam versus in Legionensium fines **f. 128.* secessit, et triumphator Karolus in Galliam remeavit; ubi[1] rursus *Turpin.* multis congregatis de imperii visceribus, videlicet CXXXIIII milibus, Hyspaniam ingreditur et cum Agyolando congressus ipsum et omnes suos prostravit, et cuncta rite disponens victor ad propria rediit.

Hec bella et multo plura rex et imperator potentissimus *Einh. c. 15.* per annos XLVII in diversis terrarum partibus summa prudentia atque felicitate gessit. Quibus regnum Francorum, quod post patrem Pippinum susceperat, ita nobiliter ampliavit, ut pene duplum illi adiecerit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Gallie, quae inter Rhenum et Ligerem occeanumque ac mare Balearicum iacet, et pars Germanie, quae inter Saxoniam et Danubium Rhenumque ac Salam fluvium, qui Tůringos et Sarabos dividit, posita a Francis qui Orientales dicuntur incolitur, et preter hec Alamanni atque Bawari ad regni Francorum potestatem pertinerent, ipse per bella memorata et multiplices victorie *Leg. Kar.* palmas[2] ampliavit. Auxit etiam gloriam regni sui quibusdam *Einh. c. 16.* regibus ac gentibus per amiciciam sibi conciliatis. Hadefonsum namque Galicie atque Asturie[c] regem sibi societate devinxit ac Scotorum reges sic habuit ad suam voluntatem per munificentiam inclinatos, ut eum[d] nisi dominum seque subditos ac servos eius pronunciarent. Cum Aaron rege Persarum, cui Nicephorus Constantinopolitanus *Hist. Misc.* imperator tributa solvebat coactus[3], qui excepta India *Einh. c. 16.* totum pene tenebat orientem, talem habuit in amicicia concordiam, ut is graciam eius omnium qui in toto orbe terrarum erant regum ac principum amicicie preponeret. Inter[4] alia enim munera elephantum *Bernold.* sibi misit. Imperatores etiam Constantinopolitani, Constantinus *Einh. c. 16.* cum matre Hyrene[5], Nicephorus, Michael et Leo ultro amiciciam et societatem expetentes quam plures ad eum misere legatos. Cum quibus tamen propter susceptum a se nomen imperatoris et ob hoc ei[e], quasi qui imperium eis eripere vellet, valde suspectum, fedus firmissimum statuit, ut nulla inter partes cuiuslibet scandali remaneret occasio.

Qui cum tantus in ampliando regno et subiciendis exteris nationi- *ib. c. 17.* bus existeret et in huiusmodi occupationibus assidue versaretur, opera

a) *voces deletas ex Legenda suppl.* b) eq⁹ *c.* c) astucie *c.* d) numquam aliter *Einhardi omissum.* e) *sic c. et Einhardi cod. B 2 pro* eis.

1) ubi — rediit *cf. Turpini Historiam Karoli Magni (ed. Castets. 1880) c.* 11. 14 *sqq.* 2) mult. victorie palmas *cf. Legendam Karoli in prologo libri III.* 3) *Cf. Historiam Miscellam XXVI, c.* 6. 4) Inter — misit *ex Bernoldo ad a.* 802. 5) *Horum mentionem chronista iam supra fecit p.* 1, *l.* 24 *et infra p.* 17, *l.* 25.

Einh. tamen plurima ad regni decorem et commoditatem pertinentia diversis in locis inchoavit, quaedam etiam consummavit. Fundavit etiam palacia operis egregii, unum haut longe a Maguncia civitate iuxta villam Ingelnhem, alterum Noviomagium super Vahalem fluvium. Edes sacras ubicumque in imperio suo collapsas vetustate comperit, pontificibus et patribus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur, imperavit, adhibens curam per legatos, ut imperata perficerent.

Leg. Kar. I, 14. Per totam Gotiam eius imperio innumera construebantur monasteria, quae pro loci et temporis oportunitate imperiali dotabantur munificentia. Eo etiam tempore, quo Saxones sepenumero fedifragi et rebelles tandem sine spe recalcitrandi et usque ad interitum debellati victori Karolo se tradiderunt, divisit idem imperator ipsam terram inter episcopos, presbyteros et abbates, ut in ea predicarent et baptizarent et ecclesias edificarent, quae vero usibus eiusmodi necessaria essent, ab ipsa imperiali munificentia large acciperent. Eodem quoque tempore Winidorum et Fresonum infinita multitudine sacri baptismatis lavacro innovata, in terminis ipsorum innumerabiles fundate ib. I, 15. et dotate sunt augustali providentia ęcclesiae. Cum enim a Deo dilecto multa sint reparata, immo a fundamentis edificata monasteria, XXIIII sub certis tytulis et numero in Aquitanie regno legimus comprehensa. Que omnia imperator auri et argenti ponderibus et multis honoribus ditavit, insuper reliquiarum insignivit ib. III, 10. sanctissimis patrociniis. Inter cetera namque multiplicium mona- *f. 128'. steriorum edificia regali munificentia ingentique *labore monasterium Anianensis[a] archisterii edificavit, quod in honore sancte trinitatis ib. I, 14. a CCCLX et senis pontificibus consecrari fecit, ubi[1] etiam abbatem Benedictum nomine constituit, qui [CCC mo]nachorum[b] pater extitit. ib. III, 5. Ex auro, quod ei reges et principes Hyspanie dederunt, beati Iacobi basilicam, tunc per tres annos in illis horis commorans, augmentavit, antistitem et canonicos in ea instituit eamque libris et ceteris utensilibus decenter ornavit.

ib. I, 2. Specialiter pre ceteris sacris et venerabilibus locis ęcclesiam apostolorum Petri et Pauli Rome coluit, in cuius donaria multitudo ib. I, 8. pecunie congesta est. Mandavit etiam, ut unusquisque episcopus in omnibus regni et imperii sui finibus cum suis presbyteris officium divinum, sicut sancta Romana psallit ęcclesia, celebraret. Erat ib. I, 6. Karolus cenobiorum[2] consolator, pauperum pater, elemosinarum ib. I, 18. munificus largitor, omnium pius subventor, circa[3] pauperes suscipiendos[4] et misericordi fovendos auxilio devotissimus, ut qui non in patria solum erant, verum trans maria in Syriam et Egyptum atque Affricam, Ierosolimis, Alexandrie atque Kartagini, ubi Christianos in paupertate vivere compererat, penurie eorum compaciens pecuniam mittebat, cathenatos in vinculis, oppressos ergastulis Christi fideles sua alimonia redimi mandabat. Ob *hoc maxime transmarinorum regum amicicias expetebat, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus *p. 151.

a) amanensis *c.* b) *voces et litteras deletas ex Legenda supplevi; SS. XVII, p.* 150, *l.* 63. *numerus* CCCC *legitur, qui tamen spatio non convenit.*

1) ubi — extitit *ex Legenda Karoli I, c.* 14. 2) cenobiorum — subventor *I, c.* 6. 3) circa — proveniret *(p.* 17, *l.* 1*) I, c.* 18. 4) *Cf. Einhardi Vitam Kar. c.* 21.

refrigerium aliquod ac relevatio misericordie proveniret. Huius- *Einh. c. 21.* modi[1] operibus dilectus Deo Karolus minime gravabatur sciens[2], quia fiducia magna coram Deo esset elemosina. Erat[3] elo- *Leg. Kar.* quentia copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet apertissime *Einh. c. 25.* exprimere, lingua[4] Latina ac paterna eque utebatur, Teutonica *Leg. Kar.* plurimum instructus erat, Grecam[5] vero melius intelligere quam *Einh. c. 25.* pronunciare poterat. Artes liberales studiose coluit earumque doctores plurimum veneratus est. Discebat artem computandi et intentione sagaci syderum cursum curiose rimabatur. Inter[6] cenandum aut *ib. c. 24.* aliquod acroma aut lectorem audiebat. Legebantur ei hystorie et antiquorum regum gesta. Libris[7] beati Augustini invigilavit, precipue *Leg. Kar.* his qui de civitate Dei sunt intytulati. Ipse namque, diversis[8] tribubus et populis orthodoxe fidei karactere insignitis, libros[9], quorum magnam copiam compilaverat, circa finem vite larga manu distribuit.

Anno dominice incarnationis DCCLXXXIII.[10] Hyltegart regina, *Bern.* uxor eius, obiit. Eodem anno Bertha[11] mater eius, quae apud eum *Einh. c. 18.* in magno honore senuerat, vita decessit et apud maritum suum Pippinum Parisius sepelitur.

Anno[12] regni Karoli Magni XLII. obiit Pippinus filius eius, *Thegan.* rex Italie[13]. Sequenti anno Karolus primogenitus eius vita decessit. Solus Lůdewicus ad regni gubernacula remansit. Růdrudis filiarum *Einh. c. 19.* eius primogenita defuncta est, priusquam ipse obiret; hec Constantino[a] filio Hyrene desponsata erat Grecorum imperatore. *Hist. Misc. XXV, 8. 9.* Hic Constantinus huius nominis VI. cum matre Hy[rene[b] imperium in] orientis partibus accepit anno dominice incarnationis DCCLXXIIII. Eodem anno homo [quidam[b] fodiens in] longis Tracie muris invenit lapideam archam; quam cum expurgasset, [reperit[b] virum ia]centem et conglutinatas arche litteras continentes hec: *Christus nascetur ex virgine Maria, et credo in eum. Sub Constantino et Hyrene imperatoribus, o sol, iterum me videbis.* Unde cognoscere possumus nullo tempore defuisse fideles spiritu Dei plenos[c].

Sed unde digressi sumus revertamur. Atletha *Leg. Kar.* Dei Karolus[14] triennio ante obitus sui diem zelo Dei et pio affectu *ib. III, 13. 14* sue salutis omnem sub[stantiam[d]] et suppellectilem, que in auro et argento gemmisque et ornatu regio in camera aut *vestiario suo in- **f. 129.* veniri poterat, primo quidem trina divisione partitus est; deinde

a) a Const. *Einh.* b) *litteras et voces deletas ex Hist. Miscella suppl.* c) *in margine manu coaeva saec. XIII:* nota quod semper fuerunt timentes deum. d) *litteras deletas ex Legenda suppl.*

1) Huiusmodi — gravabatur *cf. Einhardi Vitam Kar. c.* 21. 2) sciens — elemosina *ex Legenda III, c.* 13. 3) Erat — exprimere *ex Einh. Vita Karoli c.* 25. 4) lingua — erat *(l. 6) cf. Legendam I, c.* 7, *ubi vero non de* Teutonica, *sed de* barbaris *linguis sermo agitur.* 5) Grecam — rimabatur *ex Einh. Vita Kar. c.* 25. 6) Inter — gesta *(l.* 11*) ex Einh. Vita Kar. c.* 24. 7) Libris — intytulati *ex Legenda I, c.* 7. 8) diversis — insignitis *indidem I, c.* 13. 9) libros — distribuit *indidem III, c.* 15. 10) *Ex Bernoldo ad a.* 783. 11) Bertha — sepelitur *cf. Einh. Vitam Karoli c.* 18. 12) Anno — remansit *(l. 22) ex Thegani Vita Hludowici c.* 5 *(SS. II, p.* 591*).* 13) rex Italie *cf. Einhardi Vitam Kar. c.* 19. 14) *Cf. Legendam Karoli I, c.* 4.

Leg. Kar. easdem partes subdividendo, de duabus partibus XX et unam partem fecit, terciam integram reservavit. Duarum partium in XX et unam partem facta divisio tali ratione constitit[a], ut, quia in regno eius metropolitane ęcclesiae XX et una esse noscebantur, unaquaeque illarum partium ad unamquamque metropolim per manus heredum et amicorum elemosine nomine perveniret, et archiepiscopus, qui tunc temporis illius ęcclesiae metropolitane rector fuisset, partem quae ad suam ęcclesiam data esset suscipiens, cum [suis[b]] suffraganeis partiretur, eo scilicet modo ut tercia pars sue esset ęcclesiae, due vero partes *ib. III, 15.* inter suffraganeos [divi]derentur[b]. Quarum metropolitanarum[c] *Einh.* nomina hec sunt[1]: Roma, Ravenna, Mediolanum, Aquilegia[d], *Leg. Kar. III, 15.* Gradus, Colonia, Maguntia, Salzburch, Rotomagus, Treveris, Senonis, Bysuntium, Lugdunum, Remis, Arelas, Vienna, Darantasia[e], Ebrodunum, Burdegala, Turonis, Byturicas. Duabus igitur partibus sic distributis et sub sygilli inpressione reconditis, voluit, ut tercia pars in usu cottidiano versaretur, quamquam in fine vite sue in eiusmodi opus expensa fuerit. Hec omnia et multo plura elemosinarum insignia summa cum devotione Lůdewicus, qui divina iussione successit, quam celerrime potuit post obitum patris adimplere curavit.

ib. III, 16. Omnibus itaque Karolus in pace et tranquillitate compositis, coronato filio suo Lůdewico et commisso ei tocius regni negotio, cum more solito Aquisgrani hyemaret, febre valida correptus decubuit et in senectute bona viam universe carnis ingressus est V. Kal. Februarii, etatis sue anno LXXII, regni autem XLVII. subacteque Ytalie XLIII, ex quo imperator et augustus appellatus est XIIII, incarnati verbi Dei anno DCCCXIIII, et in ęcclesia Aquis- *Bern.* grani[2] honorifice sepultus quiescit.

Decedente Karolo Magno imperatore Ludewicus *Thegan.* cognomento Pius[3] regni gubernacula suscepit. Hic[4] in iuventute accepit uxorem filiam nobilissimi ducis Ingrammi nomine Irmingardem et ex ea tres filios habuit, adhuc vivente patre, Lotharium, Pippinum et Lůdewicum; quartum Karolum nomine post mortem patris genuit[5].

Bern. Anno Domini DCCCXVI.[f] Leone papa defuncto Stephanus sedit mensibus VII. Qui ad Lůdewicum regem in Franciam veniens Remis eum in imperatorem coronavit, deinde Romam rediit. Imperator synodo collecta[g] multa de statu ęcclesiarum et religione cenobiorum bene disposuit.

Bern 821. Anno Domini DCCCXXII. Ludewicus imperator exilia relaxavit, *ib. 822.* debita cunctis dimisit et, de publicis suis [peccatis[h]] publicam penitentiam agens, queque in regno suo corrigenda correxit; et filii Lotharius in Ytaliam, Pippinus ducta uxore in Aquitaniam reges missi sunt.

Sequenti anno Lotharius rex Ytalie rogante papa Paschali imperator ab eo Rome coronatur.

a) constituit *c.* b) *litteras deletas ex Legenda suppl.* c) metropolitanorum *c.*; metropoleorum *Legenda.* d) Forum Iulii *Legenda.* e) Orantasia *c.* f) DCCXVI. *c.* g) collata *c.* h) *deest c.*

1) hec sunt *cf. Einh. Vitam Karoli c.* 33. 2) Aquisgrani — sepultus *ex Bernoldo ad a.* 814. 3) *Cf. ibidem.* 4) Hic — Lůdewicum *(l.* 33*) ex Thegani Vita Hludowici c.* 4 *(SS. II, p.* 591*).* 5) *Chronista Karolum ex Iuditha, altera Hludovici uxore, natum esse dissimulat.*

Anno Domini DCCCXXX. Corpus sancti Marci evangeliste sub *Bern.* nomine Valentis martyris Ratoldus Veronensis episcopus a duce Venecie impetravit et cum corpore sancti Genesii martyris in Augiam insulam attulit.

Sequenti anno imperator Lůdewicus, omnes honore privando sibi contrarios, animos tam filiorum quam ceterorum contra se irritavit. Itaque contra filios exercitum movens in Alsatiam venit. Ibi veniente Gregorio papa cum filiis, imperator a suis relictus in filiorum potestatem devenit. Qui iudicio episcoporum pro excessibus suis, armis depositis, ad agendam penitentiam includitur.

Anno Domini DCCCXL. Ludewicus principibus et filiis suis reconciliatus — Lothario filio, qui iam dudum a Paschale papa Rome coronatus[1] cum imperatoris nomine Ytaliam acceperat[2], ad imperium designato[a] — obiit et Remis[b] sepelitur. Igitur Ludewicus cum fratre suo Karolo adunatis copiis, Lothario *im- *f. 129'.* peratore monarchiam appetente, cum de particione regni concordare non possent, acie confligunt. Ibi Lůdewicus et Karolus castris potiti sunt, fugato[c] fratre Lothario. Tandem cunctis pacem obtantibus, regnum in tria partiri constituunt. Lotharius cum imperatoris nomine Ytaliam accepit et Belgicam[d] Galliam, quae nunc usque regnum Lotharii ⟨Lůthringen⟩[e] dicitur; Lůdewicus Germaniam, Karolus Gallias obtinuit.

Anno Domini DCCCLV. Lotharius imperator, relicto mundo divisoque regno inter filios, monachum se Brumie fecit et non multo post migravit ad Dominum. Post quem filii eius Lůdewicus imperator Italiam et Lotharius Alpinas partes regni tenuerunt.

Sequenti anno Maguntie Rabano archiepiscopo ibidem defuncto successit Karolus filius Pippini regis Aquitanie.

Anno Domini DCCCLXI. Meginradus Augie monachus et primus incola heremi quae Turricino adiacet lacui, a quibusdam[f] latronibus inibi peremptus, post mortem virtutibus claruit. A quo tempore usque hodie Heremus ipsa a sanctis et religiosis viris culta in nobile excrevit cenobium.

Anno Domini DCCCLXII.[3] Tiegaudus Treverensis archiepi- *Gesta Trev.* scopus Lothario regi[g] et Gunthero Coloniensi archiepiscopo consentiens in deiectione Tieburge uxoris eiusdem Lotharii falso accusate. Immo difinitum est in synodo ad hoc machinandum collecta[4], quod *Bern.* ipsa confessa fuisset semet ipsam fratris germani incestuoso pollutam *Gesta Trev.* fuisse concubitu. Hanc falsam infamiam Lotharius cum his episcopis composuerat, cupiens hoc modo reginam abicere et Waldradam sororem **p. 152.* Gunteri Coloniensis *episcopi, quam ipse adolescens concubinam habuerat, in regnum assumere. Quod cum iudicio episcoporum adeptus fuisset, sequenti anno[5] Tiegaudus et Gunterus a papa Nicolao Romam pro his causis evocati sunt ibique omni ęcclesiastica dignitate privati depositi sunt, et Lotharius excommunicatus est[6]. *Bern.*

a) designatum *c.* b) *falso;* Mettis *recte Bern.* c) fuga *c.* d) bellicam *c.* e) *glossa cronicae Hohenburgensi superscripta ipsi textui a librario Neoburgensi inserta esse videtur.* f) dam *eadem manu superscr.* g) rege *c.*

1) *Cf. Bernoldum ad a.* 823. 2) *Cf. ibidem ad a.* 843. 3) *Annus incarn. et* Treverensis *ex Bernoldo; reliqua omnia usque* depositi sunt *ex Gestis Treverorum c.* 26 *(SS. VIII, p.* 164*) desumpta sunt.* 4) ad hoc mach. coll. *ex Bernoldo ad a.* 862. 5) *Cf. Bernoldum ad a.* 863. 6) Loth. excomm. est *ibidem ad a.* 863.

Bern. 868. Mortuo Nicolao[1] papa Adrianus ei successit; ad quem cum Lotharius rex Romam venisset et, opitulante fratre Lůdewico imperatore, pro Waldrade concubine sue matrimonio satis egisset, nichil profuit. Ea quidem conditio ei dabatur, ut, si innocens esset de adulterio, fiducialiter corpus Domini perciperet; sin vero, illud nullatenus accipere presumeret. Sed ille temerarius accessit et cum suis complicibus inevitabile iudicium sibi suoque regno, heu nimium demens! percepit. Nam tanta clades hanc presumptionem divinitus subsecuta est, ut in eiusdem Lotharii regno tota virtus ac nobilitas non peste, sed quasi hostili gladio deleta esse videretur. Itaque *ib. 869.* cum rediret domum, Placentie periit, fauctoresque[a] sceleris omnes pene in itinere periere, regnumque eius rex Gallie Karolus, patruus eius, invasit.

Bern. Anno Domini DCCCLXXV. Lůdewicus imperator Italie absque herede defunctus Mediolani sepelitur anno regni sui XX. Cuius regnum Karolus patruus eius, rex Galliarum, qui etiam fratris[2] Lotharii regnum sibi usurpaverat, invadens a Iohanne [papa[b] se] imperatorem coronari fecit.

Sequenti anno Lůdewicus rex Germanie religiosus, [frater[b]] Karoli, apud Frankenfůrt obiit anno regni sui XXXVI, regnumque eius tres filii, Karlomannus Bawariam, Lůdewicus Germaniam, Karolus Alemanniam, singuli cum adiacentibus provinciis accepere.

Anno Domini DCCCLXXVII. Karolus rex Gall[iarum[b]], invasor imperii, obiit anno regni sui XXXVII. Post quem filius eius Lůde[wicus[b] Balbus] regnum Galliarum, tres vivens annos[3], **f. 130.* accepit; cui Karlomannus *filius eius successit[4].

Anno Domini DCCCLXXX. Karlomanus[c] rex Bawarie apud *ib. 882.* villam Ottingam obiit. Tercio anno Lůdewicus frater eius, rex *ib. 881.* Germanie, absque herede decessit[5]. [Itaque[b] frater] ipsorum Karolus, rex Alemannie, Romam veniens una cum regina Richarda imperiali [unctione[b]] a papa coronatur anno Domini DCCCLXXXI, et omnes Ytaliorum episcopi[d] imperatori iure[iurando[b] su]biciuntur. *ib. 882.* Tercio anno[6] imperator Nortmannos cuncta circumquaque vastantes pacem regno cum sacramento confirmare compulit et regem eorum Christianitatem professum de baptismo suscepit.

Bern. Anno Domini DCCCLXXXIIII. Karlomannus filius Lůdewici Balbi, rex Gallie, absque herede obiit, et regnum eius Karolus imperator obtinuit.

Anno Domini DCCCLXXXVII. Richarda imperatrix, adulterii cum Luitwardo Vercellensi episcopo incusata, divino iudicio se ab omnium virorum conmixtione integram et virginem comprobavit, quamvis iam XII annis in coniugio imperatoris apparuerit[e]. Moxque ab imperatore separata in Andelahense cenobium virginum a se constructum secessit ibique Deo serviens virgo regina permansit. Imperator autem ab omnibus deseritur, et Arnolfus fratris sui Karlomanni filius

a) auctoresque *Bern.* b) *voces et litteras deletas ex Bernoldo et ex editione Wilmansii supplevi.* c) *ita c.* d) preter papam *Bernoldi omissum.* e) apparuit *c.*

1) *Exhinc Bernoldus ad a.* 868. *et sqq.* 2) *Regnum Lotharii II, Ludewici imperatoris II. fratris, Karolus invaserat; cf. Bernoldum ad a.* 869. *et supra l.* 12. 3) *Cf. Bernoldum ad a.* 879. 4) *Cf. ad a.* 884. 5) *Cf. ad a.* 882. 6) *Non recte, sed iam sequenti anno* 882.

rex eligitur. Itaque imperator Karolus iam privatus Deo devote [*Bern.*] serviens, ut quidam dicunt, a suis strangulatus, obiit anno Domini DCCCLXXXVIII. et Augie sepelitur.

Anno Domini DCCCLXXXXVI. Arnolfus rex Romam veniens a Formoso papa imperator coronatus est.

Anno Domini DCCCC. Arnolfus imperator Ratispone, ubi frequentius manebat, obiit; pro quo filius eius Lůdewicus puer regnavit.

Anno Domini DCCCCXI.[a] Lůdewicus rex adolescens moritur et Ratispone sepelitur. Post quem, deficiente in nostris partibus regio stemmate, Cůnradus rex electus et unctus regnavit annis VII.

Anno Domini DCCCCXVIII. Heinricus Saxonum dux decedente Cůnrado in regnum electus sine regali unctione regnavit annos XVIII. Hic[1] perpendens ad vota sibi cedere res ex beati [*Transl. Serv.*] Servatii patrocinio, cui se commendabat sedulo, stolam eius et baculum in Saxoniam transtulit atque ibi super fluvium Bodam quod Chůtelinburch[2] dicitur monasterium sanctimonialium apparatu magno in ipsius memoriam statuit, ubi postea sepultus quiescit.

Anno Domini DCCCCXXIIII. Sanctus Udalricus Auguste factus [*Bern.*] est episcopus.

Anno Domini DCCCCXXXI. Heinricus rex reges Abodritarum et Nortmannorum Christianos fieri effecit et plures Ungarorum, qui Alemanniam, ⟨Osterfranchen[b]⟩ orientalem Franciam, Alsaciam atque Galliam vastaverant[3], interemit.

Anno Domini DCCCCXXXVI. Heinricus rex obiit; pro quo Otto filius eius cognomento Magnus rex[4] effectus surgit virtute [*Transl. Serv.*] patria quasi leo de cubili suo. [*Jer. 4, 7.*]

Anno Domini DCCCCXLVII.[c] Bertholdus dux Bawarie obiit; [*Bern.*] Heinricus frater Ottonis regis in ducatum successit.

Sequenti anno Hermannus dux Alemannie obiit, cuius ducatum Lůtolfus Ottonis regis filius accepit.

Anno Domini DCCCCXLVIIII. Lothario rege Ytalie mortuo Berengerus regnum eius invasit viduamque eius Adelheidem, Růdolfi regis Burgundie filiam, multis iniuriis afflixit.

Sequenti anno Otto rex Ytaliam petiit sibique eam subiecit [*Bern.*] et expulso Berengero dominam Adelheidim liberavit.

Anno Domini DCCCCLI. Synodus XX[d] episcoporum magnusque tocius regni conventus apud Augustam Vindelicam coadunatur. Ibi Berengerus Ottoni regi ad dedicionem venit. Ipso anno ignitus lapis *quasi massa candentis ferri ab occidente per aera venit, et draco [*f. 130'.] visus est ambulans.

Sequenti anno Otto rex cum filio suo Lůtolfo Ytaliam intravit, et regales nuptie cum Adelheide vidua[5] Papie cele-

a) DCCCC. *c.* b) *glossa cronicae Hohenburgensi superscripta errore librarii Neoburgensis textui inserta est.* c) DCCCCXLVIII. *c.* d) XXV *Bernold.*

1) Hic — quiescit *ex Translatione s. Servatii, non ex illa Iocundi (SS. XII; cf. p.* 99, *c.* 25—28*), sed ex alia inedita, de qua pauca in Actis Sanctorum Bolland. Maii III, p.* 218, *et cuius tres recensiones in Bibliotheca hagiographica Latina sub nr.* 7621. 7625. 7636. *commemoratas invenias. Textum eius ex cod. bibl. Bolland.* 5. *v. cl. A. Poncelet S. I. benignissime mecum communicavit.* 2) *Cf. Bernoldum ad a.* 936. 3) *Cf. ibidem ad a.* 925. 926. 932. 937. 4) rex — suo *ex Translatione s. Servatii adhuc inedita.* 5) *Cf. Bernoldum ad a.* 949.

Bernonis Vita Udalr. c. 11. brantur. Accidit[1] postea, ut inter Lutolfum Ottonis Magni filium, qui Alemannorum genti preerat, et eius patruum Heinricum Noricorum ducem oriretur lis odiumque ex malignorum hominum suasione. Quos cum rex ad concordiam minime revocare potuisset, fratri adiutorio *ib. c. 13.* contra filium fuit. Igitur dum contentio exorta in tantum decrevisset[a], ut non aliter nisi ferro finiri potuisset, iam acie utriusque partis ordinata, ut committi deberet pugna, sanctus Udalricus assumpto Hartperto Curiensi episcopo se medium iniecit, et tanta eos arte suadendi aggressi sunt, ut facile ad pacis federa revocarent.

Privignus[2] etiam regis Ernesto dux, filius Adelheidis regine, qui pro excessibus, regia maiestate lesa, proscriptus et exul factus erat, per plures annos et infinitos labores exilii sui imperatori reconciliari meruit[b].

ib. c. 14. Anno Domini DCCCCLV. Gens Ungarorum cum innumera multitudine omnem Noricorum regionem a Danubio usque ad Nigram silvam et partem provincie Alemannorum usque Hylaram fluvium devastando occupavit. Que Lycum transiens ęcclesiam sancte Afre igne combussit atque civitatem Augustam obsidione circumdedit. Sanctus Ůdalricus visis tot lupis ex adverso se opposuit ac totam causam Domino commendans, militibus circumquaque per murum et ante portam acriter contra hostes dimicantibus, ille super equum sedens, non clipeo protectus aut galea, sed stola indutus, inter lapidum ac sagittarum ymbres suos hortando incedebat securus. Comperto *Gerh. V. Udalr.* autem Ottonis[3] gloriosi regis adventu, Ungari relicta obsidione obviam ei pergunt armisque decertare contendunt. Inito prelio, Deo[3] victoriam populo Christiano donante[3], multa milia Ungarorum[4] ceciderunt, ceteri fugam arripuerunt. *Bernonis V. Udalr.* Quos Otto rex tandiu cedendo persecutus est, donec reges[3] eorum cum aliis multis vivi caperentur atque Ratisponam perducerentur, ubi *Bern.* ad ignominiam sue gentis suspensi sunt in[5] patibulis.

Anno Domini DCCCCLXI. Otto rex filium suum Ottonem ex Adelheida regem eligi fecit, et ipse Ytaliam cum exercitu peciit accepturus imperialem coronam.

Transl. Serv. Sequenti anno Otto rex Romam[6] venit, repugnantem subegit, ordinari se Iohannem *papam[c] imperatorem exegit. Otto **p. 153.*

a) *rectius* accrevisset *ut Bernonis Vita Udalrici.* b) *in margine manu coaeva saec. XIII:* Nota de Ernesto duce. c) *minus recte pro Bernoldi* a Iohanne papa.

1) *Quae sequuntur cum Vita s. Udalrici a Bernone scripta consentiunt;* accidit — fuit *cf. c.* 11 *(Migne, Patrologia Lat. CXLII, p.* 1193*).* 2) *Cf. similem de Ernesto duce, Conradi II. regis privigno, fabulam in Chron. Ebersheim. c.* 19 *(SS. XXIII, p.* 440*):* habuerat enim ipsa Adelheidis primo Heremannum ducem Alemanniae maritum, et de ipso genuerat filium nomine Ernustum. *Cf. etiam historiolam Epternacensem cod. Gothani* 71 *(SS. XXIII, p.* 20*, n.* 75*).* 3) *Cf. Gerhardi Vitam s. Udalrici c.* 12 *(SS. IV, p.* 402*), unde etiam* reges *(l.* 28*) desumptum est. — Chronistam non utraque Vita, sed breviata Lectione inde hausta usum esse satis verisimile est.* 4) *Iterum ex Bernonis Vita s. Udalrici c.* 14. 5) *Exhinc Bernoldus.* 6)) Romam — exegit *ex eadem quam supra (p.* 21 *n.* 1*) indicavimus Translatione s. Servatii.*

imperator factus, Iohannem papam pro sceleribus suis arguens, *Bern.* minime eum corrigere potuit.

Anno Domini DCCCCLXIII. Imperator natalem Domini Papie moratus iterum Romam venit pro sceleribus Iohannis pape diiudicandis. Sed eodem Iohanne imperatorem in Campaniam fugiente, in locum eius a Romanis et imperatore vir venerabilis Leo papa ordinatus est.

Sequenti anno Romani Leonem papam expellunt, mortuoque Iohanne papa priore Benedictus a Romanis nolente imperatore ordinatur. Igitur Roma ab imperatore obsessa est et tanta fame oppressa, ut sextarium furfuris veniret XXX denariis. Non multo post dedita Urbe traditoque Benedicto, imperator papam Leonem restituit et Romanos ei fidem per sacramenta promittere coegit.

Usque ad hec tempora Roma sepius capta est, ut hystorie testantur. Primo[1] capta est a condicione sua CCCXXXV.[2] anno[a], nec umquam postea similem *Hist. Misc. I, 24.* passa est ruinam. Cuius destructionis casus hic fuit. Galli Senones, duce Brenno exercitu copioso[b] freti, totis *viribus **f. 131.* Romam contendunt. Hos dire irruentes Fabius consul cum exercitu excepit nec tamen obstitit; immo hostilis ille impetus Romanos quasi aridas segetes succidit, stravit et transivit, Urbe destructa et incensa.

Sepius etiam interfecti, humiliati et quodam- *ib. III, 9.* modo ad internitionem consumpti sunt Romani, civitate tamen non capta, ut hystoria refert de Hannibale duce Karthaginiensium[c], qui cum consulibus Varrone et Emilio Paulo in Apulia pugnans DXL. anno a conditione Urbis Romanorum exercitum stravit. Periit in eodem congressu Emilius Paulus; qui, dum saucius in quodam saxo resedisset, offerente ei milite equum, quo fugeret, ut cladi superesset, noluit atque ibi persedit, donec ab hostibus peremptus est. Perierunt ibi consulares viri XX, senatores capti et occisi XXX, nobiliores viri CCC, pedestrium militum XL milia, equitum tria milia quingenti. Nec dubium est ultimum illum diem Romani status futurum fuisse, si Hannibal mox ad pervadendam Urbem contendisset. Qui mandavit Romanis, *ib. III, 10.* ut captivos redimerent, responsumque est ei a senatu, eos cives non necessarios, qui, cum armati essent, capi potuissent. Quos ille omnes variis suppliciis interfecit; et pro testimonio victorie tres modios anulorum aureorum Kartaginem misit, quos ex manibus interfectorum Romanorum detraxerat. Usque adeo desperatio rei publice apud residuos Romanos fuit, ut senatores de relinquenda Italia sedibusque querendis consilium ineundum putarint. Quod confirmatum fuisset, nisi Cornelius Scipio tribunus militum districto gladio deterruisset,

a) *in margine manu coaeva saec. XIII:* Roma primo capta est. b) *sic Hist. Miscella;* copiose *c.* c) Karthagine *c.*

1) *Cf. Historiam Miscellam quae dicitur Landulfi Sagacis I, c.* 24.
2) *Falso; Gallorum invasio anno a. U. c. CCCLXIIII. (= a. Chr. n.* 390*) facta est. Chronistae error ex narratione Hist. Misc. I, c.* 22. 23. *profectus est, ubi legimus:* Anno ab U. c. CCCXV. . . terrae motus . . . Post XX annos iidem Veientani rebellaverunt . . . Dehinc irruptio Belgicorum Gallorum.

Hist. Misc. singulis mortem inferre minitans; pro patrie defensione in sua verba omnes iurare coegit.

ib. XIII, 27. Secundo[1] capta est Roma a conditione sua anno MCLXIIII. ab Alarico rege Gothorum sub Honorio imperatore[a]. Qui veniens Urbem devastat, incendit multosque senatorii ordinis diversis subdidit suppliciis, dato tamen prius precepto, ut, si qui in sancta loca et basilicas confugissent, inviolatos securosque esse sineret. Romanum etiam imperium deridentes barbari imperatorem fecerunt quendam nomine Athalum. Quem uno die tamquam imperatorem fecerunt procedere, altera vero servi scemate mini[strare[b]]. Qui *ib. XIV, 1.* Athalus[2] a Romanis postea captus missus est Honorio; qui truncata manu vite re[lictus[b] est].

ib. XV, 14. Tercio[c] capta est Roma a condicione sua anno MCCVIIII.[3] Cuius captivitatis casus hic fuit. Valentinianus huius nominis [III.[d]], ⌜qui[4] novissimus in urbe Roma usque ad *Hist. Misc.* Karolum Magnum augustus appellatus est,⌝ Etium[5] patricium, singularem populi Romani spem, interemit, cum quo fortuna omnis et virtus Hesperie corruit. Qui Valentinianus[6] augustus ab amicis Etii, quos sibi delegerat satellites, [inter]ficitur[b], et Maximus quidam, cuius hoc homicidium dolo perpetratum fuerat, imperator creatur. [Qui[b] cum] viduam eius Eudoxiam augustam suis invitam nuptiis adegisset, illa Gensericum [Africe[b]] regem, ut mariti vindex adveniret, invitavit. Cuius adventu Maximus [vix[b] altero imperii sui] mense comperto, cum passim nobilitas Romani cetus ex Urbe profugeret, ipse quoque [trepi]do[b] se animo parat ad fugam; sed a ministris ilico regiis dilaniatus et membratim disiectus in Tyberim precipitatus est. Gensericus continuo vacuam civitatem presidio capit et occursu doctoris Leonis pape mitigatus ab incendio, cedibus atque suppliciis Urbem inmunem servavit, omnibus tamen opibus ablatis, multa inde captivorum milia cum augusta Eudoxia et eius filiabus [Kar]taginem[b] revexit.

**f. 131'.* Odazer[7] rex Torcilingorum et Rugorum pervasa Ytalia Romam *Bern.* capit *quarta iam vice[e] a conditione sua anno MCCXXX.[8] et Augustulo *Hist. Misc.* imperatore exiliato ipse Rome tyrannice regnat. Exinde res Romane et omnis imperii status apud Constantinopolim *cf. ib. XIV, 8. 9.* solummodo esse cepit[f], Hesperia fere omni et Lybia barbaris addicta.

His temporibus Theodericus[g] rex Ytalie Zenoni[9] imperatori, qui tunc in orientis partibus apud

a) *in margine manu coaeva saec. XIII:* Secundo Roma capta est. b) *litteras deletas ex Hist. Misc. suppl.* c) *in margine manu coaeva saec. XIII:* tercio Roma capta est. d) *deest c.; cf. supra p. 8, l. 12. et n.* b *de verbis, quae hic fortasse Cronicae Hohenburgensi de morte Augustini inserta erant.* e) *in margine manu coaeva saec. XIII:* quarto Roma est capta. f) *ita c.* g) *in margine manu coaeva saec. XIII:* Nota. Iste est Dieterich von Bernae.

1) *Ex Hist. Misc. XIII, c.* 27. 2) *Indidem XIV, c.* 1 *(cf. Muratori, SS. rer. Ital. I, p.* 92*).* 3) *Ex Hist. Misc. XV, c.* 14, *ubi tamen anni ab U. c. MCCVIII numerantur.* 4) *Cf. supra p.* 8. 5) *Exhinc Hist. Misc. XV, c.* 12 *(Muratori I, p.* 100*).* 6) *Exhinc c.* 13 *(Muratori I, p.* 101*).* 7) *Exhinc Muratori I, p.* 101 *(in editione Eyssenhardtii XVI, c.* 10. *textus multo discrepans traditur).* 8) anno MCCXXX. *ex Bernoldo ad a.* 475. 9) Zenoni ... cum suis Gothis milit. *ex Bernoldo ad a.* 492.

Constantinopolim Romanum apicem gubernabat, cum suis Gothis militavit[1]. Qui missus ab eodem impera- *Bern.* tore invasorem Odakarum Ravenne[a] obsedit, cepit et interemit *Hist. Misc.* anno dominice incarnationis CCCCXCII.[b, 2] et ipse Romam *Bern.* consensu Zenonis et occidentis[2] imperium XXX annis obtinuit. Hic Rome, Ravenne[3], Verone et alibi[3] per[4] singula quaeque[c] regia *Hist. Misc.* habitacula construxit; qui etiam Arrianis[5] favit, occisis[6] *Bern.* Boetio poeta, Symacho patricio et Iohanne papa.

⌜Iste[d] est Theodericus, de quo Theutonica extant carmina, filius Diethmari, de quo etiam Gregorius in Dialogo[7] scribit.⌝

Sub Iustiniano imperatore Totyla[8] rex Gothorum *Hist. Misc.* Transpadanorum Romam peciit eamque obsidionibus circumcludit quinta iam vice[e] ab incarnatione Domini anno DXLV.[9] *Bern.* Que tantam famis penuriam passa est, ut pre magnitudine inopie *Hist. Misc. XVIII, 19.* natorum suorum carnes comedere vellent. Fessis nimirum Romanis nec valentibus se tueri, Totila Urbem ingressus est. Elapsi sunt autem aliqui e numero senatorum et Constantinopolim properant, quibus calamitatibus subiceretur Roma, narrant. Statim Iustinianus Narsim eunuchum, cubicularium suum, Romam cum valida manu misit, ut afflicte civitati quantocius subveniret. Is ad Italiam veniens cum Longobardis fedus iniit et sociatis sibi cum Gothis certatum est. Quibus ad internitionem pene consumptis regem Totilam interfecit et vestimenta eius cruentata cum corona et lapidibus[f] preciosis ornata misit in regiam urbem, et iactata[g] sunt ad pedes imperatoris coram senatu.

Sexta[h] vice a condicione sua obsessa et capta est *Bern.* Roma anno Domini DCCCCLXIIII. ab Ottone Magno imperatore, ut supra dictum[10]. Qui decus[11] tanti nominis, *Transl. Serv.* scilicet imperatoris[i], a Francigenis in Teuthonicos primus magnanimiter transvexit.

⌜Mirandum[d] est eandem civitatem tociens captam, nec tamen deletam nec servituti ullatenus addictam; quod in summis et precipuis regnis non ita contigit. Nam Ninniven et Babylon et Alexandria et Persypolis,

a) Rome *c.*; *emendavi Bernoldum ad a.* 489. *secutus.* b) CCCCIXII. *c.* c) *Hist. Misc. verba* celebriora loca *hic omissa sunt.* d) *haec a librario Neoburgensi addita.* e) *in margine manu coaeva saec. XIII:* quinto Roma capta est. f) lapibus *c.* g) iacta *Hist. Misc.* h) *in margine manu coaeva saec. XIII:* sexto Roma capta est. i) impr̄ *c.*

1) *Cf. supra p.* 24, *n.* 9. 2) *A. incarn.* CCCCXCII. *et* occid. imp. — obtinuit *ex Bernoldo.* 3) *Cf. Bernoldum ad a.* 499. 501. 4) *Cf. Hist. Misc. XVII, c.* 10 *(Muratori I, p.* 101*).* 5) *Cf. Bernoldum ad a.* 521. *et Hist. Misc. XVII, c.* 19. 6) occisis — papa *cf. Bernoldum ad a.* 524. 7) *IV, c.* 30; *cf. Ottonis Frising. Chron. V, c.* 3. — *Hic noster de Theoderico locus celeberrimis illis Annalium Quedlinburgensium verbis comparandus est (SS. III, p.* 31*):* Thideric de Berne, de quo cantabant rustici olim. 8) *Exhinc ex Hist. Misc. XVIII, c.* 18. 19 *(cf. Muratori I, p.* 107*).* 9) *Annus incarn. ex Bernoldo.* 10) *Cf. supra p.* 23, *l.* 10. 11) decus — transvexit *ex Translatione s. Servatii ined.; cf. supra p.* 21, *n.* 1. *et Acta Sanctorum Bolland. Maii III, p.* 218.

quae gentibus aliquando numerosissimis imperabant, postea tributa pendebant. Roma, etsi interdum irrupta, semper tamen libera, si plerumque humiliata, semper tamen domina[1]. Sed de his dicta sufficiant.[1]

Bern. Anno Domini DCCCCLXXI. Sanctus Ůdalricus episcopus infirmus Adelberoni sororis sue filio episcopatum suum ab imperatore impetravit. Itaque synodo apud Ingelnheim ab episcopis collecta, beatus Ůdalricus episcopus et Adelbero transgressionis canonum accusantur; sed causa sua dicta et excusata absoluti discesserunt.

Anno Domini DCCCCLXXIII. Otto Magnus imperator subito mortuus apud Parthinopolim, id est Maegdeburch, ubi ipse episcopatum fecerat, sepultus est; et filius eius Otto cognomento Mirabilis[2] regnavit pro eo. Imperatrix vero Adelheidis, post ipsum sancte et religiose vivens longo tempore[3], *Epit. Adelheid.* multa contulit ęcclesiis de regali munificentia et ad ultimum super litus Rheni fluminis nobile cenobium construxit, dictum nomine Salsae, et illud prediis et aliis opibus ditavit, ubi et ipsa postea moriens quievit.

Bern. Eodem anno Adelbero futurus, ut sperabatur, Augustensis episcopus obiit. Ipso anno sanctus Ůdalricus migravit ad **f. 132.* Dominum anno *etatis sue LXXXIII, episcopatus L. Item Otto filius Liutolfi ducis Alemannie paternum pro eo[4] ducatum accepit.

Sequenti anno sancte memorie Cůnradus Constanciensis episcopus de hac vita decessit.

*Anno Domini DCCCCLXXXI.[a] Otto rex peragrata Ytalia **p. 154.* Calabriam cum exercitu ingreditur. Qui pugna congressus cum Grecis et Sarracenis, exercitu eius occiso, de navi exiliens, in qua captus erat, aufugit. Hic[5] veniens in montem Gargani

a) DCCCCLXXXXI. *c.*

1) *Cf. notam marginalem saec. XIII. cod. Ienensis fol.* 66. *ad Ottonis Chronicon IV, c.* 30: Nota, quia civiles discordie pessumdederunt statum tocius imperii barbaris occasione data invadendi provincias. *Sequitur locus Historiae Miscellae XIIII, c.* 17 *(p.* 322, *l.* 22—27*) de tributo Attilae persoluto.* Unde quidam dixerunt: proch extremum dedecus! ut, quę fuit domina, facta est ancilla per pecunie pactionem. 2) *Falso hoc cognomen Ottoni II. attribuitur, cum potius Otto III.* Mirabilia mundi *nominetur; cf. Ottonis Chronicon VI, c.* 26. 3) *Anno* 999. *mortua est. De Selsensis monasterii fundatione cf. Odilonis Epitaphium Adelheidae c.* 10 *(SS. IV, p.* 641*). Haec omnia ex breviore de vita Adelheidis Legenda hausta crediderim.* 4) *Verba* pro eo *apud nostrum sensu omnino carent, cum de morte Burchardi ducis Alemanniae — cuius relatio apud Bernoldum praecedit — nihil narraverit.* 5) *De Ottone II. montem Garganum visitante nihil alibi traditur; tamen adventum imperatoris paulo ante mortem eius — cum aestate anni* 983. *expeditionem adversus Sarracenos susciperet (cf. Uhlirz, 'Jahrbücher Otto's II.' p.* 200*) — fabulae locum dedisse non omnino reiciendum esset, nisi facile crederes chronistam Hohenburgensem, qui Ottonem II. falso* Mirabilem *nominaverit (cf. n.* 2*), historiolam ad Ottonem III. spectantem minus recte patri ipsius attribuisse.*

cognovit a referentibus angelorum obsequia nocturno tempore ibi esse, nec ullum mortalium sancti velint interesse. Cuius cause noticiam cum disposuisset curiosius indagare, apostolicum convenit super hac re primum. Cui cum apostolicus consulcius indidisset sibi minus placere illum angelicis misteriis[a] interesse, parvipendit consilium pape et eo ignorante proficiscitur in montem Gargani. Ubi dum pernoctaret, inter cetera quae cognovit sanctorum misteria[b] veniam consecutus est angelorum, quod temere sacratum locum introierat; tantum ab angelis prostratus pro quodam iudicio, quod perfecisse debuerat nec fecit, pro negligentiis transverberatus est. Deinde sanctus Michael iussit eum Romam remeare, statuto sibi die, quo eum vellet invisere. Sicque cruentatus rex Romam repedavit et Benedicto pape[1] cuncta a se visa retexuit. Igitur rex valido languore tactus vita decessit et ab archangelo receptus superis est sociatus anno Domini DCCCCLXXXIIII; cuius exequie per apostolicum *Bern.* condigno honore celebrate, in porticu sancti Petri sepelitur; pro quo filius eius Otto adhuc puer regnavit.

Anno Domini DCCCCXCV. Heinricus dux Bawarie, frater[2] Ottonis Magni, obiit, cuius ducatum filius eius Heinricus obtinuit.

Anno Domini DCCCCXCVII. Bruno filius Ottonis ducis Alemannie Rome papa electus et ordinatus Gregorius V. vocatur. Otto rex, subactis rebellibus in Italia, Romam veniens a Gregorio papa imperialem accepit unctionem.

Anno Domini M. Rome defuncto Gregorio papa Silvester, qui et Gerbertus, successit. Hic primo Remorum, post Ravennarum archiepiscopus, seculari litterature nimium deditus et ob hoc curioso imperatori admodum amatus fuit. Post cuius mortem de sarcophago eius usque hodie sepius liquor olei emanat; quod apostolicum vel imperatorem moriturum vel aliquid miri et novi in ęcclesia sancta portendit[3].

Anno Domini MII. Otto imperator obiit et[c] Aquis sepelitur[c]; pro quo Heinricus dux Bawarie rex effectus est.

Eodem anno Leo papa, qui et Brůno, de castro Egensheim natus est[4]. *Not. Hohenb*

a) ministeriis *c.* b) ministeria *c.* c) et aquis sepelitur *in margine eadem manu additum est.*

1) *Minime, cum Benedictus VII. ante reditum Ottonis II. mortuus sit. Sane Bernoldus, ex quo error profectus est, demum ad a.* 984. *de Iohannis XIV. successione pauca tradit.* 2) *Non recte; filius fratris Ottonis I. erat.* 3) *Hanc fabulam primo Iohannes diaconus in Libro de ecclesia Lateranensi narravit (Migne, Patrol. Lat. CXCIV, p.* 1552*). Invenias eam apud Albericum (SS. XXIII, p.* 778*) et alias; cf. Schultess, 'Sagen über Silvester II.'; A. Graf, 'Miti, leggende e superstizioni del medio evo' II, p.* 51 *sqq.; v. Döllinger, 'Papstfabeln' ed.* 2. *p.* 187. 4) *Cf. Wiperti Vitam Leonis IX. papae c.* 1.

Bern. Anno Domini MVII. Heinricus rex summo studio apud castrum suum Babinberch dictum nobilem construxit episcopatum in honore sancti Georgii martyris[a].

Anno Domini MXIIII. Heinricus rex imperiali benedictione a Benedicto papa VIII. coronatur.

1015. Anno Domini MXV. Monasterium[1] sancte Marie [in[b] Ar]gentina surgit primo a fundatione sua.

Anno Domini MXXI. Heribertus archiepiscopus Colonie, vir magne sanctitatis, hac vita decessit.

Anno Domini MXXIIII. Heinricus [imperator[b] absque filiis] obiens, quia coniunx sua Kůnegundis virgo permansit[2], apud Babenberch episcopa[tum[b] ambo sepeliuntur]; et Cůnradus de Gwebelingen in regem unctus est et anno Domini MXXVII. a [Iohanne[b] papa XVIII. Rome] in imperatorem coronatur.

1028. Anno Domini MXXVIII. Wernharius Argentinensis episcopus primus [obiit[b], et Wilhel]mus succedit.

1031. Anno Domini MXXXI. Monasterium sancti Thome in Argentina [a[b] Wilhelmo consecratur] et sancti Petri ab eodem episcopo inchoatur.

Anno Domini MXXXVIIII. [Cůnradus[b] imperator obiit; pro quo Hein]ricus filius eius regnavit. Eodem anno[3] Stephanus rex Ungarorum, [qui[b] se ipsum[c] cum tota gente sua ad fi]dem Christi convertit, defunctus est, qui etiam post mortem claruit [miraculis[b]].

*f. 132'. A[nno[b] Domini MXLV.] Dedicatum est *monasterium

Not. Hohenb. Hohenburch in honore beate Marie virginis a venerabili Brunone Leucorum episcopo, postea apostolico.

Bern. Anno Domini MXLVII. Die natalis Domini Clemens papa II. consecratus ipsa die Heinricum regem cum coniuge sua Agnete

1047. imperiali benedictione sublimavit. Eodem anno Wilhelmus Argentinensis episcopus obiit; cui Hezel successit.

Anno Domini MXLVIIII. Brůno Leucorum, id est Tullensis[d], episcopus ab imperatore electus Romam mittitur et Leo papa nonus vocatur.

Anno Domini MLIIII. Leo papa nonus obiit, pro quo Victor papa II. intronizatur.

a) *verba* in honore s. Georgii martyris *apud Bernoldum non nisi in codice monasterii s. Georgii Villingensis ab editore sub nr.* 3. *designato inveniuntur.* b) *litteras et voces humore, naevis, acidis (quibus anteriores editores usi sunt) deletas ex Bernoldo et, ubi chronistae nostri fontes desunt, interdum ex illa Annalium Marbacensium epitome supplevi quae Fragmentum Urstisii dicitur; cf. supra in praefatione. Ipsius breviarii cod. Viennensem* 578. *contuli. Textus noster saepissime cum editione Wilmansii consentit.* c) *sic Bernoldus;* primum *Wilmans.* d) id est Tullensis *eadem manu superscr.*

1) *Annales quos Argentinenses imperiales dicimus ab hoc loco incipiunt; cf. praefationem nostram et commentarium 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit'.* 2) *Cf. additamentum saec. XIII. cod. Ienensis f.* 87', *ab ipso librario nostro Neoburgensi scriptum, ad Ottonis Chronicon VI, c.* 27: beata Kůnegundis, uxor eius, virgo perseverans apud ipsum sepelitur. 3) *Error, cum Stephanus priori iam anno mortuus sit; cf. Bernoldum ad a.* 1038.

Anno Domini MLVII. Heinricus imperator obiit, pro quo *Bern.* Heinricus filius eius quinquennis et cum matre Agnete regnare cepit.

Anno Domini MLXI. Rome Nicolao papa defuncto Romani Heinrico regi eiusdem nominis quarto coronam et alia munera mittentes de summi pontificis electione regem interpellaverunt. Qui generali concilio Basileae habito, imposita corona a Romanis transmissa, patricius Romanorum est appellatus. Deinde communi omnium consilio Romanorumque legatis eligentibus, Chaldelo Parmensis episcopus papa eligitur et Honorius appellatur, papatum numquam possessurus. Nam XXVII. die ante eius promotionem Lucensis episcopus nomine Anshelmus a Nortmannis et quibusdam Romanis papa ordinatus et Alexander vocatus sedit annis XII.

Anno Domini MLXIIII.[a] Beatus Altmannus Pataviensis episcopus intronizatur.

Anno Domini MLXV. Hezil episcopus Argentinensis 1065. obiit; cui Wernharius successit. Eodem anno Heinricus rex anno regni sui VIIII, etatis vero XIIII. accinctus est gladio in die pasche. Eodem anno celebravit nuptias cum Praxede regina[1]. Qui postea adolescentie[2] sue errore seductus legittime *ib.* 1068. coniugium adeo obliviscitur et tam nefandis criminibus involutus esse diffamatur, ut etiam principes eum privare regno molirentur. Circa[3] idem tempus Heinricus rex principibus ob opem *Gesta Frid.* sibi[b] ferendam contra Saxones reconciliatur[4]. Nam hec *Bern.* 1074. gens inquietissima principi suo rebellans castrum quoddam Harzburch *Gesta Frid. I,* 4. dictum, ob eiusdem gentis obpugnationem a rege in ingressu provincie in loco munitissimo fundatum, cum ęcclesia funditus delevit. Occasio tamen huius rebellionis non tantum ex predicte gentis instabilitate, sed ex principis lascivia ortum sumpserat. Dum enim predictus princeps in iuvenili adhuc positus etate, toto regno silente dominiumque suum humiliter portante, prefatam terram ingressus fuisset, iuveniliter dixisse fertur se mirari nullum per totum imperii ambitum inveniri, in quo vires suas exercere potuisset, idemque non virtuti, sed ignavie deputabat. Quod dictum percusso aere mox non transiit, sed tam efficaciter in mentibus plurium radices figens germinavit, ut tota in brevi provincia illa adversus ipsum commota et in unum corpus coadunata innumeris populis et gentibus letifera pocula ministraret. Igitur rex ex omnibus regni visceribus ad *ib. I,* 6. debellandos eos fortem et magnum militem colligens predictam provinciam ingreditur. Fuerunt in comitatu eius quinque magni duces, singuli cum legionibus suis, Zuentiebaldus[c] dux Boemorum, Gwelfo dux Noricorum, Bertholdus dux Karinthiorum, qui et Ze-

a) *ita librarii neglegentia loco* MLXV. *Bernoldi codex 3, ex quo noster profectus esse videtur.* b) filii *c.* c) venit Tiebaldus *c.*

1) *Bernoldus ad a.* 1066. *tantum* Nuptiae Heinrici regis *nec umquam nomen Berthae prioris uxoris Heinrici indicat. Inde in errorem ductus chronista noster hic de altero matrimonio* cum Praxede *inito agi credidit, cuius mentionem Bernoldus ad a.* 1094. 1095. *fecit.* 2) adolescentie — molirentur *ex Bernoldo ad a.* 1068. 3) Circa — ministraret *(l.* 38*) ex Ottonis Gestis Friderici I, c.* 4. 4) *Cf. Bernoldum ad a.* 1074: reconciliantur regi.

Gesta Frid. ringen[1], Růdolfus dux Suevorum, Godefridus dux Lotharingiorum, et principes, comites nobilesque innumerabiles. Ita[a] iuxta fluvium *Bern.* Unstrût dictum publico bello commisso, VI.[b] Idus Iunii anno Domini *Gesta Frid. I, 6.* MLXXV.[2] cruenta rex potitus victoria rediit. Non multo post tempore tres prefati duces, Gwelfo et Růdolfus et Bertholdus[3], principi rebellantes Saxonibus iunguntur. Godefridus autem Lotho- **f. 133.* ringie dux orientalem expeditionem aggressus, Ihero*solimis ducatum populi Dei tenens, ibidem in pace quievit.

Bern. *Anno Domini MLXXIII. Rome Alexander papa decessit. **p. 155.*

Sequenti anno legati sedis apostolice in Alemanniam ad regem venerunt pro ipsius pravis moribus corrigendis. In quorum manus se rex sub correctionis sponsione commisit, suum auxilium domino apostolico ad deponendos symoniacos firmissime promisit. Ipsi etiam regis consiliarii omnes res ęcclesiarum iniuste acquisitas se reddituros coram eisdem legatis sub sacramento promisere. Quod *ib. 1076.* mentiti sunt. Nam postea, sicut et pridem fecerat, rex per symoniacam heresim sanctam ęcclesiam fedare non cessavit, scilicet pro precio episcopatus, abbatias et alia huiusmodi investiendo. Cum igitur rex iam sepius a papa premonitus se corrigere nollet, et papa in ammonendo nil proficeret, ad ultimum mandavit ei, quod in Romana synodo tunc proxima eum excommunicaturus esset, nisi resipisceret. Unde rex in septuagesima apud Wormaciam colloquio facto et alio in Longobardia apud Placentiam omnes quos potuit obedientiam predicto pape exhibendam abiurare fecit et missa legatione ad Romanam synodum, quae in quadragesima[c] celebranda erat anno incarnationis Domini MLXXVI, ipsum apostolicum ab apostolica sede iussit contumaciter discedere[d]. Sed missi eius turpissime in synodo tractati vix a Romanis adiuvante papa evaserunt. Ipsum autem regem synodo iudicante regno et communione privavit et omnes ei ad regnum iuratos iuramento absolvit omnesque episcopos qui regi sponte contra papam favebant officio et communione privavit. Mense igitur Octobri colloquium apud Openheim a principibus regni colligitur, cui legatio sedis apostolice interfuit. Ibi Heinricus rex in purificationem sancte Marie tunc proximam se presentandum domino pape apud Augustam firmissime promisit. Nam illuc dominum apostolicum cum principibus *ib. 1077.* regni invitavit. Itaque rex proprie cause diffidens et idcirco generale colloquium interfugiens[e] furtive Ytaliam contra pape preceptum et consilia principum intravit et apostolico ad condictum diem ad Augustam tendenti ante purificationem sancte Marie Kanisi obviavit. Ubi et ab eo per inaudite humilitatis similitudinem[f], utcumque potuit, non regni, sed communionis tantum concessionem vix demum extorsit, dato tamen prius sacramento, ut de obiectis criminibus ad iudicium pape satisfaceret nec pape vel alicui eius fideli usquam eunti vel redeunti aliquam molestiam inferri consentiret. Hoc autem iuramentum nec XV dies observavit, captis venerabilibus epi-

a) qui *c.* b) V. *Bern.* c) LX. *c. pro* XL. *Bernoldi.* d) descendere *Bern.* e) subterfugiens *Bern.* f) simulationem *Bern.*

1) *Bertholdum revera expeditioni illi interfuisse probat Heyck, 'Geschichte der Herzoge von Zähringen' p.* 56. *At unde chronista haec hauserit, ignoro.* 2) *Dies et annus proelii ex Bernoldo.* 3) *Bertholdi nomen, de quo Otto hic tacet, chronista apud Bernoldum ad a.* 1073. *invenisse videtur.*

scopis Geroldo Ostiensi et Anshelmo Lucensi; unde et papa missis legatis principibus regni declaravit se parum profecisse in eo, quod illum in communionem receperit, cum omnes symoniaci vel excommunicati non minus tunc foverentur ab eo quam pridem. His ergo auditis principes regni generali colloquio apud Forcheim habito egregium Růdolfum ducem Suevie sibi in regem sublimaverunt, anno Domini MLXXVII. Maguntie coronaverunt. Interim Heinricus Longobardie morabatur. Qui audita promotione Růdolfi auxilium pape contra illum imploravit, licet supradictum Ostiensem episcopum in captione adhuc teneri permiserit[a]. Unde et papa illi respondit se non posse eius interpellationi satisfacere, quamdiu apud illum sanctus Petrus in legato suo ligatus teneretur. Frustrata igitur supplicatione sua animum in tyrannidem convertit nec iam regnum per iusticiam, sed per violentiam obtinere cogitavit. Eodem anno Agnes imperatrix, iam XX annis in viduitate Deo devote serviens nec filio suo Heinrico contra apostolicam sedem in aliquo consentiens, Rome decessit. *Bern.*

Sequenti anno Bertholdus dux Karinthiorum, qui et Zeringen, vir catholicus et Heinrico omnimodis contrarius, obiit. *Bern* 1078.

Anno Domini MLXXVIIII. *Wernharius secundus, scilicet[b] Argentinensis episcopus, obiit; cui Thebaldus successit. *f. 133'. 1079.

Anno Domini MLXXX. Gregorius papa collecta[c] synodo Rome, cum multa de statu sancte ęcclesiae determinasset, ibidem cognovit per apostolice sedis legatos a Theutonicis partibus revertentes Růdolfi obedientiam et inobedientiam Heinrici; quapropter ipsum deposuit cum omnibus suis fautoribus et Růdolfum apostolica auctoritate in regia dignitate confirmavit cum[1] huiusmodi scripto: *Roma dedit Petro, Petrus diadema Růdolfo.* *ib.* 1080. *Gesta Frid. I, 7.*

Růdolfo rege creato Bertoldus filius eius ducatum Alemannie accepit[2]. *Bern.*

Igitur Heinricus[3] audiens promotionem Růdolfi in regno per apostolicum confirmatam estuari cepit animo, si quo modo sibi alium[d] apostolicum e converso crearet[4]. Et congregata[5] multitudine scismaticorum sive excommunicatorum apud Brixinoram curiam magnam celebravit. Ubi conqueritur, quod Romani sibi pontificem prefecissent, qui eum cum quibusdam regni principibus excommunicationis sententia ligaverit, cum numquam ante hec tempora huiusmodi sententiam in regem promulgatam cognoverit, adiciens, quod a predecessoribus suis imperatoribus sive regibus plures Rome apostolici sine electione intronizati fuerint, et hoc idem ab eo fieri debere. Hac quęrimonia omnium animi eo facilius contra Romanam ęcclesiam inclinari poterant, quo et laici secularis honoris consideratione accensi et episcopi consilio clericorum suorum, quibus recenter *Gesta Frid. I, 1.*

a) permiscrit *c.* b) scilicet Argentinensis episcopus *eadem manu superscr.* c) collecto *c.* d) alium alium *c.*

1) cum — diad. Růd. *ex Ottonis Gestis Frid. I, c.* 7. 2) *Cf. Bernoldum ad a.* 1090. *et infra p.* 37 *de Bertoldi morte; de electione in ducem Alemanniae a.* 1079. *facta cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrbücher Heinrichs IV.' III, p.* 199. 3) Heinricus — confirmatam *cf. supra l.* 8. 27. 4) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I, c.* 7: Gregorius . . ., ut alium crearent, . . scribebat. 5) congregata — excommunicatorum *ex Bernoldo ad a.* 1080.

Gesta Frid. conubia ab eodem pontifice inhibita fuerant, inflammati voluntati principis accedebant. His igitur acclamantibus electio Gregorii pape ab eis cassanda iudicatur, et Gwibertus Ravennatensium *Bern.* quondam[1] archiepiscopus, qui iam[1] triennio a papa Gregorio inrecuperabiliter depositus et anathematizatus fuerat, non in papam, *Gesta Frid. I, 1.* sed in heresiarcham eligitur, Gregoriusque ab ipsis pseudomonachus vel nigromanticus appellatus exsufflatur. Unde communi consilio prenominato pontifici scriptum conviciis et detractionibus plenum dirigere presumpserunt, inter cetera dicentes: *Sicut actenus solebas dicere, quod nullus nostrum esset episcopus, ita scias, quod nulli nostrum* *Bern. 1080.* *deinceps eris apostolicus.* Igitur Heinricus contra Růdolfum in Saxoniam exercitum ducens, pugna congressi sunt, et Heinricus itinere unius diei fugatur, quamvis in ea congressione Růdolfus tamquam alter Machabeus occubuerit. Regnavit *Gesta Frid.* autem tres [annos[a]] et dimidium, et[2] in ęcclesia Merseburch regio *Bern.* cultu sepelitur, propugnator[3] sancte ęcclesiae, pater patrie et amator *Gesta Frid. I, 7.* iusticie. Fertur de Heinrico, quod, cum pacatis paulisper his sedicionum motibus[b] ad predictam ęcclesiam Merseburch venisset ibique prefatum Růdolfum velut regem humatum vidisset, cuidam dicenti, cur eum, qui rex non fuerat, velut regali honore sepultum iacere permitteret, dixerit: 'Utinam omnes inimici mei tam honorifice iacerent!'

Bern. Anno Domini MLXXXI. Principes regni Theutonicorum conventu facto Hermannum nobilem virum sibi in regem creant[c]. Qui statim de eodem conventu aciem contra fautores Heinrici direxit. Ipsi enim electionem eius impedire volentes maximam multitudinem contraxerant, sed novo rege ex inproviso irruente omnes penitus aut cede prostrati sunt aut irrevocabiliter fugati. Rex igitur de triumpho certificatus eadem nocte in campo victorie castra metatus est et postea ad subiugandum sibi regnum digressus est.

Anno Domini MLXXXIIII. Rex Constantinopolitanus maximam pecuniam Heinrico quondam regi transmisit, ut Růbertum Wiscardum ducem Calabrie et Apulie, coniuratum militem domini pape, in ultionem eiusdem regis bello appeteret. Nam Růbertus iam dudum fines Constantinopolitanos invasit, iterumque illuc expedicionem movere dis-*f. 134.* posuit. Sed Heinricus acceptam pecuniam *non in procinctum supra Růbertum, quod iuramento promisit, sed ad conciliandum sibi vulgus Romanum expendit, cuius adiutorio Lateranense palacium feria V. ante palmas cum suo Ravennate Gwiberto intravit. Nobiles autem Romani preter paucos cum domino papa fuerunt; qui etiam papa in castellum Sancti Angeli, quod domus Theoderici dicitur, se recepit, omnesque Tyberinos pontes et firmiores Romanorum municiones in suam obtinuit potestatem. In die igitur resurrectionis Heinricus ab *ib. 1083.* heresiarcha suo Ravennate, qui preterito anno non per Ostiensem et Albanensem et Portuensem episcopos, qui hoc privilegium habent, ut papam consecrent, sed per Mutinensem et Ariciensem *episcopos **p. 156.* *ib. 1084.* intronizatus et Clemens vocatus[4] fuerat, coronam non glorie, sed

a) *deest c.* b) moribus *c.* c) creant *in margine eadem manu additum ante* qui, *quod in initio novae lineae scriptum est; fortasse a librario Neoburg. suppletum, cum apud Bernoldum* elegerunt *scriptum invenias.*

1) iam — eligitur *(l. 6) ex Bernoldo ad a.* 1080, *unde etiam* quondam *desumptum est.* 2) et — sepelitur *ex Ottonis Gestis Frid. I, c.* 7. 3) propugnator — iusticie *ex Bernoldo ad a.* 1080. 4) Clemens vocatus *ex Ottonis Gestis Frid. I, c.* 1.

confusionis accepit nomenque[1] sortitur imperatoris et augusti. Mo- *Gesta Frid.*
rabatur autem in Lateranensi palatio cum Ravennate suo nec a fide- *Bern.* 1084.
libus pape per civitatem ad Sanctum Petrum transire permittebatur.
Qui in paschali ebdomada fideles apostolici bello aggressus in ipsa
congressione XL ex suis perdidit; ex parte autem apostolici nec
unus cecidit. Audiens autem Růbertus Wiscardus dux Nortman-
norum, quod Heinricus contra apostolicum Romam ingressus
fuisset, armata manu civitatem invasit fugatoque Heinrico totam
urbem pape rebellem expoliavit[a] et maiorem partem igne consumpsit.
Deinde acceptis obsidibus a Romanis et in domo Theoderici reservatis,
ipse ad recuperandam terram sancti Petri cum papa Gregorio de
Roma exercitum movit, iterum Romam in festo sancti Petri rever-
surus. In brevi autem plurima castella et civitates domino pape re-
cuperavit, Heinricus autem Růdberto resistere non valens ad partes
Theutonicorum redire compellitur. Dominus autem papa collecta
synodo Salerni iterum sententiam anathematis in Heinricum et Gwiber-
tum et in omnes fautores eorum promulgavit. Quam sententiam
legati sedis apostolice, videlicet Petrus Albanensis in Francia, Otto
Ostiensis episcopus in terra Theutonicorum, usquequaque promul-
gaverunt. Ostiensis etiam, cum in Alemannia moraretur, sancte
Constantiensi ęcclesiae iam dudum viduate catholicum ordinavit [pa-
storem[b]] Gebehardum filium B[ertholdi] supra[2] nominati ducis
Karintie.

Eodem anno[3] Theobaldus Argentinensis episcopus 1082?
obiit; cui Otto scismaticus[4] successit. 1084?

Cum igitur iam septennio vel amplius Romanum imperium *Bern.* 1083.
nimio[c] scismatis discidio laborasset, aliis apostolico, aliis autem
Heinrico faventibus et ob hoc utrimque totum regnum preda, ferro
et igne miserabiliter devastantibus, paucissimi catholici episcopi ex
parte apostolici in Theutonicis partibus remanserunt, qui pro-
priis sedibus expulsi suis gregibus providere non permittebantur. Qua-
propter omnes pene religiosi sive clerici sive laici in aliqua monas-
teriorum latibula huiusmodi mala declinaverunt, ne devastationem
sancte ęcclesiae cernerent, cui in nullo amminiculari possent. Eo tem-
pore in Alemannia tria monasteria primo instituta egregie polle-
bant, sancti Blasii in Nigra Silva, sancti Aurelii in Hyrsaugia, sancti
Salvatoris [in[d]] Scafhusen, quod Navium domus dicitur. Ad quae
monasteria marchiones, comites et multitudo nobilium virorum hac
tempestate confugit et depositis armis evangelicam perfectionem sub
regulari disciplina exequi proposuit. Wilhelmus etiam Hyrsaugiensis *ib.* 1091.
abbas in causa sancti Petri ferventissimus eo tempore plura mo-
nasteria usquequaque ex integro construxit: sancti Georgii in Nigra

a) li *in loco raso.* b) *deest c.* c) imperium civili bello, immo scismatis discidio *Bern.* d) *deest c.; suppl.*

1) nomen — augusti *ex Gestis Frid. I, c.* 2. 2) *Cf. p.* 29, *l.* 42; 31, *l.* 17.
3) *Id est* 1084. *At Theobaldum episcopum anno* 1082. *mortuum esse Annales Augustani (SS. III, p.* 130*) narrant; quibus maiorem fidem adhibemus, cum Theobaldus (Necrolog. Spirense apud Böhmer, Fontes IV, p.* 322*)* IV. Non. Aug. *obierit, Otto vero anno* 1084. *iam mense Martio Romae curiae imperiali adfuerit (Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 2854*); cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrbücher Heinrichs IV.' III, p.* 510.
4) *Cf. Bernoldum ad a.* 1100. *et infra p.* 40, *l.* 3.

Bern. Silva, alterum sancti Gregorii, item aliud ad Duplicem Aquam prope Danubium, item aliud in loco qui Kamberc dicitur, aliud quoque monasterium in ripa Rheni Petershûsen; quae omnia regularibus ib. 1085. disciplinis instituit. In his igitur erumpnosis temporibus Deus fidelibus suis auxiliari non cessavit suumque iudicium super inimicos sancte ęcclesiae mirabiliter exercuit. Nam totam pene Italiam, in qua *f. 134'. potissimum excommuni*cati fuerant[a], tam magna fames obtinuit, ut homines non tantum inmunda queque, sed et humanam carnem manducarent. Quam famem tam inaudita mortalitas subsecuta est, ut nec tercia pars hominum remaneret, sed deficiente colono maxima pars terre in solitudinem redacta est. Padus quoque fluvius Longobardie ripas suas excedens multa castella, villas, immo circa iacentes regiones penitus submersit et inhabitabiles reddidit. Ipsa etiam capita scismaticorum eo tempore in locum suum abiere[b]: Theobaldus[c] Mediolanensis non archiepiscopus, sed antichristus, et alii multi episcopi, marchiones et comites, quorum factione tota pene Italia contra dominum papam ib. 1089. et sanctum Petrum se erexit. Hii quoque Methildam viduam[1] ducis ib. 1085. Godefridi, filiam Bonifacii marchionis, apostolice sedi fidelissimam multis iniuriis affecerant[d] in Ytalia. Illis autem divina animadversione de medio sublatis, ipsa suam potestatem recuperavit et sancte ęcclesiae in omnibus amminiculari non cessavit. Sed iam Deus famulum suum Gregorium papam nolens diutius laborare de huius vite ergastulo eum vocavit. Noluit sane, ut ęcclesiasticus ordo manibus laicorum subiaceret, sed eisdem morum sanctitate et ordinis dignitate premineret. Postquam autem in gubernatione sedis apostolice XII annis et unum mensem legittime decertavit, tandem ex hac luce anno dominice incarnationis MLXXXV. subtractus superne vocationis bravium accepisse non dubitatur, sepultus Salerni in ęcclesia sancti Mathei, quam ipse eodem anno dedicavit. Gwibertus heresiarcha de obitu eius multum letabatur, licet parum prosperitatis in eo lucraretur. Nam omnes catholici post mortem apostolici non minus quam ante eidem heresiarche re[stite]runt[e] ipsumque de Roma Ravennam redire compulerunt.

ib. 1086. Sequęnti[f] anno Rûbertus dux N[ortmann]or[um][e] post multarum terrarum invasionem, post multorum pauperum et divitum oppressionem, cuius ava[ritię[e] nec Ca]labria nec Sycilia suffecit, quin et transmarina regna sibi subiugare contra fas [et[e] ius anhelaverit, viam Gesta Frid. I, 3. uni]verse carnis arripuit. Rûbertus iste ex mediocri stirpe in Nort[mannia[e] ex eorum] militum ordine quos vavassores[g] vulgo dicere solent in plaga quam Constantiam indig[ene[e] dicunt editus], cum Rogerio fratre tam patri[h] famis tempore morem, ut aiunt, gerens, quam ob [locorum[e] sterilitatis] molestiam a natali solo progressus, multo tempore multas per provincias oportu[niorem[e] ad] inhabitandum terram quęrens oberravit; unde et ab oberrandi circuitu patria lin[gua[e] Wiscardus[i]] tanquam oberrator vel girator appellatus est. Cum ergo non paucis, ut dictum est, diebus [multarum[e] regionum] girator existeret, a cite-

a) furebant *Bern.* b) rediere vel abiere *c.; librarius primum* rediere *scripserat; lapsus conscius* vel abiere *superscr.* c) Theodaldus *Bern.* d) affecerat *c.* e) *litteras et voces deletas ex fontibus suppl.* f) *ita c.* g) invasores *c.* h) pbri *c.* i) *ita Wilmans, cf. supra p.* 33, *l.* 6; Gwiscardus *nota marginalis saec. XV;* Guiscardus *Bern.*

1) viduam — marchionis *cf. Bernoldum ad a.* 1089.

riori Ytalia, quae modo Apulia seu Calabria dicitur, tandem ex[cipitur[a]. *Gesta Frid.* Quam dum a] Longobardis possessam inertis plebis inhabitatione tamquam industrie defen[sionis[a] vacuam in]veniret, remissis in Galliam nunciis expositaque locorum idoneitate ac gen[tis[a] inertia, ad] expugnationem earum provinciarum consocios invitavit. Et ne multis de[tinear[a], virtute], dolo, arte ignavi populi victor existens, Campanie, Apulie, Calabrie, Sycilie [ad[a] ultimum possessor inven]tus est. Reliquit autem Rogerio fratri ex parte sui comitatum Sycilie tenen[dum[a], ipse vero ducatum Apulie] cum Calabria sibi retinuit. Huius filius, qui multa postmodum tam in Grecia quam [in[a] ceteris orientis partibus] fortia et gloriosa gessit opera, Boimundus fuit. Fratris vero sui Rogerii [Rogerius[a], qui postmodum re]gium nomen usurpavit, natus erat. Hic Rogerius rex genuit Wilhelmum [regem[b] et Constantiam imperatricem], ut in sequentibus dicetur[1].

Anno Domini MLXXXVI. Catholici principes [Suevorum[a] *Bern.* cum Saxonibus et Baioariis] generale colloquium prope Wirzeburcg condixerunt. *Quod Heinricus congregata multitudine scismaticorum *f. 135. turbare voluit, sed Suevis supervenientibus resistere non valens, ad tempus eis locum dedit. Ipsi autem Erbipolim ad obsidendos fautores Heinrici processerunt et adiunctis Saxonibus et Bawaris urbem sepi circumdederunt. Interim Heinricus exercitum XX pene milia inter equites et pedites congregavit et ad civitatem liberandam iam quinque septimanis obsessam aciem direxit. Quo audito principes soluta obsidione obviam ei duobus miliariis processerunt. Welfo quoque dux Bawarie et Magedeburgensis[c] archiepiscopus cum suis legionibus relictis equis pedites incedebant. Igitur in nomine Domini congressi incredibilem stragem hostium fecerunt, ita ut IX[d] nimium [alte[e]] congeries cadaverum ibi viderentur, preter illos qui per campos et silvas fugitantes occubuerunt. Heinricus autem in primo impetu congressionis dissimulato habitu primus inter primos terga vertens usque ad Rhenum satis accelerato pervenit. Fideles autem sancti Petri longo itinere eum insecuti scrinia cum vestimentis regalibus et multas capellas episcoporum cum aliis innumerabilibus spoliis reportaverunt. Quamvis autem multa milia adversariorum occubuerint, ex parte tantum fidelium XV homines mortui sunt. In crastino autem ad obsidionem urbis reversi
*p. 157. *absque sanguine eam ceperunt. Dein Wirzeburgensi episcopo, qui a Heinrico eiectus fuerat, restituto congruoque militum presidio civitati imposito, singuli principes cum leticia in sua redierunt.

Anno Domini MLXXXVII. Sanctus Nicolaus archiepiscopus a Mirea in Barensem civitatem translatus est.

Eodem anno Romani et cardinales cum auxilio Nortmannorum Victorem III, qui et[f] Desiderius, papam ordinaverunt. Qui statim missis circumquaque litteris inter cetera iudicium sui antecessoris Gregorii super Heinricum et omnes eius fautores confirmavit. Gwibertus namque, quamvis apostolicam dignitatem nequiverit obtinere, adeo tamen per organa diaboli prevaluit, ut iam biennio sedes apostolica pastorali gubernatore caruerit. Itaque Victor papa iam plurimis annis infirmus et in eadem infir-

a) *litteras et voces deletas ex fontibus suppl.* b) *spatium circiter* 17 *litterarum humore detritum. Nota marginalis saec. XV:* Constancia imperatrix. c) Magideburgensis *Bern.*; Magedonensis *c.* d) *Bern.*; XI *c.* e) *Bern.*; *deest c.* f) et qui *c.*

1) *Cf. infra ad annum* 1184 *(p.* 55*).*

Bern. mitate ordinatus, post quartum mensem sui pontificatus diem clausit extremum.

Sequenti anno Rome cardinales Ottonem Hostiensem episcopum ordinaverunt eique nomen Urbani secundi indiderunt. Qui missis litteris omnibus catholicis inter cetera vestigia suorum predeçessorum Gregorii et Victoris in Heinricum et eius fautores se observaturum denunciavit. Eodem anno Hermannus rex catholicus in Lotharingia obiit anno regni eius VII. et in patria sua honorifice sepelitur.

Anno Domini MLXXXVIIII. Urbanus papa Gebehardo Constantiensi et Altmanno Pataviensi episcopo in Alemannia, Bawaria, Saxonia et in aliis vicinis regionibus vicem suam commisit. In Teutonicis namque partibus quinque episcopi in catholica communione eo tempore perstiterunt, videlicet W[irze]burgensis[a], Pataviensis, Wormaciensis, Constantiensis et Metensis, quorum confortamento reliqui catholici scismaticis a principio restiterunt. Eodem anno Hugo comes de Egensheim, indefessus miles sancti Petri, sed nimium credulus Ottoni Argentinensi pseudoepiscopo, a servien-
1089. tibus eiusdem episcopi Haselahe[1] occiditur in cubiculo cum ipso ad dormiendum collocatus. Eodem anno nobilissima Methildis marchionissa Welphoni duci, filio Welphonis ducis [Baw]arie[b], coniugio copulatur et hoc utique non tam pro incontinentia quam pro Romani p[onti]ficis[a] obedientia, ut tanto virilius sancte Romane ęcclesiae contra scismaticos posset sub[venire[a]. De quo[c]] Heinricus omnimodis indoluit. Ipso anno Urbanus papa generalem synodum
*f. 135'. collegit et [ęcclesiast]ica[a] [sta]tuta *suorum predecessorum apostolica auctoritate firmavit. Gwibertus autem heresiarches a Romanis turpiter expellitur et, ne amplius apostolicam sedem invadere presumat, iuramento promittere compellitur. Adeo namque diuturna regni discordia inter catholicos et scismaticos tepescere cepit, ut non iam bellum ad invicem, sed pacem componere sanius iudicarent. Quapropter Welph dux Bawarie[2] et ceteri fideles sancti Petri cum Heinrico colloquium habuerunt eique suum consilium et auxilium ad obtinendum regnum firmissime promiserunt, si Gwibertus heresim[c] vellet dimittere et ad ęcclesiasticam communionem remeare; quam conditionem nec ipse multum respueret, si tamen in hoc ei principes sui assentire vellent, videlicet episcopi qui se cum Gwiberto deponendos esse non dubitaverunt, eo quod in eius parte ordinationem, immo execrationem perceperunt. Hii ei penitus dissuaserunt, ne sancte ęcclesiae reconciliaretur.

a) *voces et litteras deletas ex Bern. suppl.* b) *nota marginalis saec. XV:* coniux ducis Noricorum; *ex falsa Wilmansii lectione:* die s. Marie *potius* Bawarie *conicias.* c) *ita Wilmans.* d) Gwibertum heresiarcham *Bernoldus.*

1) *Locus homicidii, de quo Grandidier, 'Oeuvres historiques inédites' II, p.* 144. *egit, alibi non traditur nisi apud Iohannem de Bayono, qui in Chronico Mediani monasterii (Belhomme, Antiquitates montis Vogesi p.* 265*) locum indicat* in suburbio Argentinae quod sermone accolarum Halleim vocatur. *Chronistam nostrum brevem notitiam de morte Hugonis comitis in Annalibus imperialibus Argentin. invenisse satis verisimile est; cf. commentarium meum.* 2) Welph dux Bawarie *cf. Bernoldum ad. a.* 1091.

Anno MXC. Wirzeburgensis et Metensis episcopi et Bertholdus *Bern.* dux Alemannie, filius R[odulfi] regis, in fidelitate sancti Petri diem extremum clausere.

Eodem anno fundata est Marbacensis ęcclesia sancti *Not. Marb.* Augustini a militari et illustri viro Burchardo de Gebeleswilre[1], cuius adiutor et cooperator fidelissimus magister Manegoldus de Lůtinbach extitit[2].

Hic namque Manegoldus magister ęcclesiasticam religionem *Bern. 1094.* in Alsacia iam dudum extinctam omnino Deo miserante accendit. Nam invalescente apud illos diuturna mortalitate, omnes pene maiores et militares ad ipsum catervatim convenere et de excommunicatione per potestatem a domino papa Urbano sibi concessam absolvi meruerunt. Unde et magnam invidiam sibi apud scismaticos excitavit, adeo quod apud H[einricum] accusatus ab eo ali- *ib. 1098.* quandiu detentus fuit.

Sequenti anno Altmannus Pataviensis episcopus post multa *ib. 1091.* pericula [et[a] exilia], que pro Christo sustinuit, obiit et in cenobio suo Kůtewico monte sepultus[3] miraculis claru[it]. I[pso[a] anno] in Teutonicis partibus caro cum sanguine pluit, et bufones cum piscibus celo ceciderunt, [et[a] sanguis] de panibus fluere videbatur.

Anno Domini MXCII. Principes Alemannie ad defensionem sancte matris ecclesie unanimiter convenerunt sibique ad hoc negotium exequendum fratrem Gebehardi Constantiensis episcopi Bertholdum de Zeringen ducem tocius Suevie constituerunt, qui nondum ducatum aliquem habuit, etsi iam dudum nomen ducis habere consueverit.

Hic preterito anno in proprio allodio Brisaugie Fri- *Not. Marb.* burch civitatem iniciavit[4].

Ipso anno Ůlricus Augustensis prepositus post mortem *Bern.* [Altmanni[a]] Patavie episcopus ordinatur; qui Austrie in loco ubi Tresme fluvius Danubium influit [monasterium[a]] in honore sancti Gregorii[b] edificavit, ubi regulares canonicos instituit[5].

a) *voces et litteras deletas suppl., fontes et editionem Wilmansii secutus.* b) *ita c. loco* Georgii.

1) *Cf. notitiam Marbacensem quae in codice Einsidlensi nr.* 628. *manu saec. XIV. in margine scripta est:* Anno Domini MXC. Fund[ata] est Morbacensis ecclesia s[ancti] Augustini a milite Ber. G[ebe]liswiler. *(Cf. Monumenta Erphesfurtensia ed. Holder-Egger p.* 517*). Hunc locum et sequentem (n.* 4*) benignissime v. cl. O. Holder-Egger mihi indicavit.* 2) *De Manegoldo cf. Endres in 'Historisches Jahrbuch der Görresgesellschaft' XXV, p.* 168 *sqq.* 3) *Cf. Vitam Altmanni c.* 31 *(SS. XII, p.* 239*).* 4) *Cf. notitiam cod. Einsidlensis nr.* 628. *l. c.:* Anno Domini MXCI. Ber[tholdus de] Zeringen dux Sw[evie] iniciavit civitatem [Fri]burk in Brizkgů[we]. *Inde patet hanc relationem de initiis civitatis Friburch, quam Heyck, 'Geschichte der Herzoge von Zähringen' p.* 587. *plane refellere conatus est, multo maioris aestimandam esse.* 5) *De fundatione monasterii s. Georgii apud Treismam cf. privilegium Udalrici episcopi de anno* 1112 *('Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' IX, p.* 239*).*

Bern. Anno Domini MXCIII. Welpho dux Longobardie et uxor eius Methilda iam diu contra scismaticos dimicantes tandem opitulante Deo[a] confortati sunt. Nam Heinricus[b] filius H[einrici] regis a patre discessit et Welphoni duci contra patrem adiuvit. Civitates quoque ibidem, Mediolanum, Crema[c], Lauda, Placentia, contra H[einricum] coniuraverunt, qui omnes predicto duci fideliter adheserunt. Itaque in Longobardia Heinricus[d] iunior a patre circumvenitur et captivatur, sed Dei misericordia ereptus a Mediolanensi archiepiscopo et reliquis fidelibus in regem coronatur, annuente[e] Welphone duce Ytalie et Methilde eius coniuge. Sed et pater eiusdem ducis Welpho, dux Bawarie, ad eundem noviter coronatum regem in Longobardiam venit eique cum filio suo fideliter adherere satagit. Igitur H[ein-
ib. 1095. ricus] iunior[f] confortatus in regno[1] totum[2] robur
ib. 1093. paterni exercitus in Ytalia obtinuit, pater vero in quandam munitionem se contulit ibique diu absque regia dignitate moratus nimio-
**f.* 136. que dolore affectus se ipsum morti tradere vo*luit, sed a suis preventus ad effectum pervenire non potuit. Eodem anno B[ertholdus] dux Alemannie, qui et de Zeringen, cenobium monachorum in honore sancti Petri in Nigra Silva construxit, quod postea[3] frater eius Gebehardus Constantiensis episcopus consecravit.

Anno Domini MXCIIII. Magister Manegoldus adiutorio domini B[urchardi][4] Marbacense monasterium a fundamentis construere cepit[5] seque unum canonicorum eorundem communiter viventium esse voluit.

Anno Domini MXCV. Heinricus[g] filius imperatoris Heinrici domino pape Urbano Cremam[h] venienti obviam progreditur eique stratoris officium exhibuit, deinde fecit ei fidelitatem iuramento. Ipso anno H[einricus][i] rex iunior cum regio apparatu in Tusciam perrexit ibique filiam Rogerii ducis de Sycilia cum inaudita pecunia sibi oblatam accepit. Eodem anno in Galliis ad Clarummontem generalis synodus a domino papa congregata est, in qua XIII archiepiscopi cum eorum suffraganeis fuerunt. In hac synodo[6] plus
1096. quam CCC milia hominum sequenti anno Ierosolimitanum
cf. Bern. 1098. iter aggressuri cruces acceperunt. Cuius expeditionis prime
Bern. 1096. dominus apostolicus maximus auctor fuit, huic etiam milicie Podiensem[7] episcopum prefecit. Hugo Magnus frater

a) Deo *eadem manu superscr.* b) *ita c.;* Chounradus *recte Bernoldus; apud nostrum semper pro seniore nomen iunioris Heinrici IV. filii aequivoci, postea regis et imperatoris, subrogatur.* c) *hic et in relatione anni* 1095. *falso pro* Cremona *Bernoldi.* d) Chuonradus filius Heinrici regis *Bern.* e) annitente *Bern.* f) *cf. supra n.* b; Chuonradus iam dudum in regem coronatus *Bern. ad a.* 1095. g) Chonradus rex *Bern.; cf. supra.* h) Cremonam *Bern.; cf. supra n.* c. i) Chonradus *Bern.*

1) *Cf. infra p.* 40, *l.* 15. *ad annum* 1106. 2) totum — obtinuit *ex Bernoldo ad a.* 1095. 3) *Eodem anno* 1093, *Kal. Augusti.* 4) *Cf. supra p.* 37, *l.* 6. *ad annum* 1090. 5) *Textum Bernoldi* apud Marhbach instituere cepit *chronista noster — verbis* a fundamentis aedificari *usus, quae statim apud Bernoldum de monasterio s. Blasii dicuntur — ita mutavit, ut cum notitia fundationis anni* 1090. *conveniat.* 6) *Bernoldi narrationem chronista rebus de itinere Hierosolymitano relatis auxit, quas, nisi fallor, ex Annalibus imperialibus Argentinensibus hausit. At fontes ita in unum permiscuit, ut Annalium textus pro certo recognosci non possit; cf. commentarium meum.* 7) *Ademarum.*

Philippi regis Francorum, egregius quoque Godefridus 1096. dux Lothoringie, Otto Argentinensis episcopus, Boimundus Bern. 1098. filius Rŭberti Gwiscardi et alii multi principes huic expeditioni interfuerunt. Hoc anno magna cede trucidati sunt ab ib. 1096. his qui Ierosolimam[a]. . . . . Apud Wormatiam Christiani[b] persequentes Iudeos[b], ad episcopum properabant. Qui cum non aliter illis salutem, nisi baptizarentur, promitteret, inducias colloquii rogaverunt. Et eadem
*p. 158. hora *episcopi cubiculum intrantes, nostris foras expectantibus, quid responsuri essent, diabolo et propria duricia persuadente, se ipsos interfecerunt.

Anno Domini MXCVI. Hugo Lugdunensis archiepiscopus Not. Marb. magistro Manegoldo reliquias sancti Hyrenei martiris transmisit, que hucusque in Marbacensi ęcclesia digno honore servantur.

Eodem anno Urbanus papa Turonis synodum tercia ebdo- Bern. mada quadragesime cum diversarum provinciarum episcopis gloriose celebravit. Ad hanc synodum magister Manegoldus veniens, Priv. Urb. privilegium[1] a domino apostolico accepit ad tuicionem Marbacensis ęcclesiae, in quo decrevit inter alia, ut nullus violentia vel astutia ibidem prepositus constituatur, nisi quem canonici communi consensu instituerint[c].

Anno Domini MXCVIIII. Urbanus papa secundus post Bern. multas tribulationes de hac luce migravit, pro quo Paschalis papa II. ordinatur.

Eodem anno Ierusalem a gente Francorum et a 1099. duce Godefrido capitur, ⌈et multa laudabilia, sicut liber expedicionis[2] eorum narrat, ibidem peraguntur⌉.

⌈Ipso anno[d, 3] inchoatur Cysterciensis ordo et per Not. Neob. multas provincias mundi dilatatur ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi et cepit crescere in virtutibus et religione, sicuti actenus cernitur in omni gente et natione.⌉

a) Ierosolimam apud Wormatiam *c. sine lacuna; Bernoldi textus ad a.* 1096. *ita sonat:* Iudei magna cede trucidati sunt ab his qui Hierosolimam petierunt; ita dico, ut apud Spiram fugientes in palacium regis et episcopi etiam repugnando vix se defenderent, eodem episcopo Iohanne illis auxiliante. Qui etiam postea ob hoc ira commotus et pecunia Iudeorum conductus quosdam fecit obtruncari Christianos. Item apud Wormaciam etc. b) Iudei persequentes fugiendo Christianos *Bern.* c) Anno Domini MXCVIII. iniciatur Cyst. ordo *in margine manu coaeva saec. XIII. additum. Cf. ad annum* 1099. d) *in margine signum* |:, *quo nota marginalis anni* 1098. *(cf. n.* c*) indicetur.*

1) privilegium — instituerint *cf. privilegium Urbani II. a.* 1096. *Martio* 24. *Turonis datum, unde pauca desumpta sunt (Jaffé-Löwenfeld, Regesta pont. nr.* 5629; *Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p.* 164*).* 2) *Ignoramus, quem librum de prima expeditione sacra librarius in bibliotheca Neoburgensi invenerit.* 3) *Non recte librarius Neoburgensis notitiam de exordio Cisterciensis ordinis anno* 1099. *inseruit; quem errorem scriptor notae marginalis (cf. supra n.* c*) animadvertit et correxit. Cf. de hoc loco commentarium meum.*

Anno Domini MC. Facta est fames incomparabilis et mortalitas horribilis[1].

Bern. 1100. Otto quoque Argentinensis scismaticus, de Ierosolimitano itinere reversus, sed de scismate, ut putabatur, non emendatus, diem
1100. clausit extremum[2]; cui Baldewinus VI. tantum victurus ebdomadam successit. Cui eodem anno Cůno episcopus successit.

Not. Marb. Anno Domini MCV. Ecclesia a Burchardo primo fundata Marbaco dedicata est a venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo in honore sancti Augustini episcopi.

1106. *Gesta Frid. I, 10.* Anno Domini MCVI.[3] Imperator apud Leodium defunctus, corpus eius in Spiream civitatem deportatur ibique in ecclesia
*f. 136'. sancte Dei genitricis, quam ipse miro et arteficioso, sicut *hodie cernitur, construxerat opere, iuxta patrem avumque sepelitur cultu regio; et diuturnum scisma finem accepit. Heinricus vero filius eius iam pridem a principibus coronatus et in regno confortatus[4], qui etiam patrem persecutus erat, regnabat.

Altero anno terre motus factus est magnus[1].

Not. Marb. Anno Domini MCXV. Dedicatum[5] est altare[a] omnium sanctorum Marbacense a venerabili Růdolfo Basiliensi episcopo XVII. Kal. Decembris.

Not. Marb. Anno Domini MCXVII. Possessus est locus Swarcendan a congregatione dominarum Marbacensium Nonis Augusti[6].

Not. Marb. Anno Domini MCXX. Burchardus fundator Marbacensis ęcclesiae de hac luce migravit et in eadem ęcclesia sepultus in pace quievit[7].

a) monasterium *c. errore librarii Neoburgensis, vide infra notam* 5. *Al. Schulte emendationem proposuit.*

1) *Hanc notitiam et sequentem de terrae motu (l.* 18*) potius Notis Marbacensibus quam Annalibus Argentinensibus ascribam. — Cf. etiam Iohannis de Bayono Chronicon Mediani monasterii (Belhomme, Antiquitates montis Vogesi p.* 177*):* Anno Domini MC. hiems tanta fuit asperitate repleta, quod vix quis extra poterat egredi. Hanc subsecuta est fames valida et hominum mortalitas. 2) *His ultimis Chronici Bernoldi verbis brevem quandam notitiam Annalium imperialium Argentinensium de morte Ottonis episcopi dimotam esse mihi constat.* 3) *Non dubito, quin chronista annum incarnationis ex Ann. imper. Argentin. desumpserit; pauca quae ibidem de morte Heinrici IV. et de successione filii scripta erant omissa et narratione Ottonis Frisingensis expleta sunt.* 4) *Cum huic loco relationem anni* 1093 *(supra p.* 38*) conferas, ipsum chronistam ambos Heinrici IV. filios confudisse intelligas.* 5) *Al. Schulte in 'Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' V, p.* 529. *notitiam dedicationis apud Maternum Berlerum conservatam ('Mitteilungen der Gesellschaft für Erhaltung der geschichtlichen Denkmäler im Elsass. II. Folge'. XVII, p.* 144*) huius loci fontem esse primus recte vidit. Notitia ita sonat:* Anno 1115, indictione nona, concurrente quarto, epacta IIII, XVII. Cal. Decembris dedicatum est hoc summum altare a venerabili Rudolpho Basiliensi episcopo in honore omnium sanctorum etc. 6) *Cf. Schulte l. c.* 7) *Usque ad tempora Grandidierii Burchardi epitaphium in ecclesia Marbacensi videbatur:* Anno Domini

Anno Domini MCXXII. Růdolfus Basiliensis episcopus obiit; cui Bertholdus successit.

Eodem anno B[ertholdus] dux de Zeiringen Molles- 1122. *Ann.*
heim occiditur[1]. *mon. Arg.*

Anno Domini MCXXIII. Cůno Argentinensis epi- 1123.
scopus de sede pellitur; cui Bruno episcopus superponitur.

Anno Domini MCXXIIII. Dedicatum est antiquum *Not. Marb.*
oratorium Swarcendan a venerabili Bertoldo Basiliensi episcopo in honore beate Marie virginis. Idem Bertholdus episcopus ordinatus est in Basiliensem episcopatum[a] a domino Calixto papa secundo, qui post aliquot annos dedicationis ęcclesiae, scilicet Swarcendan, eo quod symoniace intronizatus fuerat, negligentiarum suarum[b] penitudinem gerens conversus est apud monasterium[c] Lůzelahe ibique monachus factus, accepta indulgentia a domino[d] papa Innocentio et episcopatu relicto, in monastico proposito usque in finem vite sue permansit[2]; cui Albero in episcopatu successit.

Anno Domini MCXXV.[3] Heinricus imperator iunior, 1125.
in[4] ordine imperatorum IIII, regum vero quintus, apud Traiectum *Gesta Frid.*
rebus humanis exemptus in civitate Spirea patribus suis appositus est. *I,* 15.
Hic armis strennuissimus tam[5] Rome, ubi coronam imperialem *ib. I,* 10.
accepit, quam in Ytalia, ubi fortia bella ge[ssit[e], tot]um imperium ita in brevi sue ditioni subiecit, ut omnes in Romano orbe positi sub[iecti]onis[e] iugum humiliter portarent.

Huius sororem Agnetem pater suus H[einricus] *ib. I,* 8.
imperator cuidam Friderico de castro Stoyphe ob opem sibi ferendam in matrimonio tradiderat eique ducatum Alemannie dederat, quod[f] B[ertholdus][6] de Zeiringen ex nobilissimis optimatibus regni prius possidendum [acce]perat[e], ut superius dictum est[7]. Fridericus igitur dux Suevorum et gener imperatoris factus Bertholdum pacem petere coegit. Condicio autem pacis talis fuit, ut Bertholdus ducatum exfestucaret, sic tamen, ut Turegum nobilissimum Suevie opidum a manu imperatoris ei tenendum remaneret. Hoc opidum in faucibus montium versus Ytaliam [super[e]

a) *ita c.* b) sua *c.* c) cellam vel monasterium *c.; vel* monasterium *eadem manu superscr.; cf. supra p.* 34, *n.* b. d) domino domino *c.* e) *litteras deletas ex fonte et ex editione Wilmansii suppl.* f) *ita c.;* quem *Gesta Frid.*

MCXX, XI. Kal. Martii, obiit bonae memoriae Burchardus miles de Gebliswiller, fundator huius loci *(Grandidier, 'Oeuvres inéd.' III, p.* 125, *n.* 5*).* 1) *Cf. infra Ann. Maurimonasterienses ad a.* 1122. — *De facinore egit Heyck, 'Geschichte der Herzoge von Zähringen' p.* 243. 2) *Anno* 1132, *ut videtur, episcopatui renuntiavit (cf. Bernhardi, 'Jahrbücher Lothars' p.* 509, *qui hunc locum neglexit); Albero successor eius III. Id. Febr. a.* 1134. *consecratus est. De morte Bertholdi episcopi vide infra p.* 44, *n.* 4. 3) *Annum incarnationis et brevem notitiam de morte Heinrici V. hic omissam chronista in Ann. imp. Argentinensibus invenit; cf. commentarium meum.* 4) in — quintus *ex Ottonis Gestis Frid. I, c.* 10. 5) tam — gessit *I, c.* 11. 6) Bertholdus — regni *ibidem c.* 7. 7) *Cf. supra ad a.* 1092 *(p.* 37, *l.* 23*).*

Gesta Frid. lacum Turricinum[a], unde[b]] Lingemage[c] fluvius fluit, situm est. Quidam totam Teuthonicam[d] terram Alema[nniam[b] dictam pu]tant omnesque Teuthonicos Alemannos vocare solent. Sed illa tantum provincia, id est Suevia, a Lemanno fluvio vocatur Alemannia, populique eam inhabitantes solummodo vocantur Alemanni.

ib. I, 9. Bertholdus igitur, quamvis in hoc negotio imperatori cesserit, tamen strennuissimus ac fortissimus fuit, qui vacuum exhinc nomen ducis gerens id quasi hereditarium posteris reliquid[e]. Hic B[ertholdus] postea Moll[esheim[b] occ]isus est[1]. Omnes enim usque ad presentem diem[2] duces dicti sunt, nullum ducatum habentes soloque [nomine[b]] sine re par[ticipan]tes[b], nisi quis ducatum esse dicat comitatum inter Iu[rum[b] et] montem [Iovis[b], quem post mortem Wilh]elmi comitis filius suus Cůnradus ab imperatore [Lothario[b] suscepit, vel a ducatu Ca]rentano, quem numquam habuerunt, ducis eos nomine [honorandos[b] esse[f] contendat, in aliis tamen] rerum
*f. 137. et honoris non parva pollentes mag*nificentia.

ib. I, 8. Fridericus autem ducatum Alemannie sine contradictione habuit
ib. I, 9. et ex nobilissima compare sua Agnete duos filios habuit, Fridericum ducem et Cunradum postea regem, ac post multa virtutum insignia diem ultimum claudens in proprio fundo Lorche humatus est.

ib. I, 10. Heinricus vero imperator iunior sororem suam Agnetem viduam Leopaldo orientali[g] marchioni in uxorem dedit,
ib. IV, 14. quae ei IIII filios et tres filias peperit: Leopaldum[3] ducem Bawarie, Heinricum ducem Austrie, Cůnradum Salzburgensem archiepiscopum[4], Ottonem Frisingensem episcopum[5], Gerdrudem ducissam Boemie, Bertham ducissam Pulanorum et Itam marchionissam de Monte-ferrano. Hec de genealogia Agnetis dicta sufficiant.

Fridericus itaque dux Alemannorum, frater
ib. I, 14. Cunradi postea regis, duxit filiam Heinrici ducis Noricorum nomine Iuditam uxorem genuitque ex ea Fridericum postea imperatorem et Iuditam, quae Matheo Lotharingorum duci nupsit.

ib. I, 20. Heinricus iste Noricorum[6] dux erat natione Alemannus, ex antiqua et nobilissima Welphorum familia originem *trahens ac per *p. 159. hoc multas possessiones ex ea parte qua Pyreneos montes attingit Alemannia iure hereditario habens. Hic Heinricus duos filios
cf. ib. I, 42. habuit: Heinricum, Welphonem, et Iuditam filiam,
ib. I, 19. ut supra dictum est[7]. Unus filiorum, id est Heinricus, patri in possessione et in ducatu Noricorum suc-
cf. ib. IV, 46. cessit, qui etiam Gerdrudem[6] filiam Lotharii regis cum

a) *ita Boehmer; apud Bernoldum ad a.* 861. lacus Turricini *mentio fit.* b) *voces deletas ex Ottonis Gestis Frid. et ex prioribus editionibus suppl.* c) Lemannus *Ottonis Gesta Frid.* d) h *eadem manu superscr.* e) *ita c.* f) *ita Boehmer.* g) ŏsterriche *eadem, ut videtur, manu superscr.*

1) *Cf. supra p.* 41, *l.* 3. *ad a.* 1122. 2) *Nota Bertholdum V, ultimum ex Zaringorum gente ducem, anno* 1218. *mortuum esse.* 3) Leopaldum — Monte-ferrano *cf. Rahewini Gesta Friderici IV, c.* 14. 4) Pataviensem episcopum *Rahewin.; Conradus anno* 1164. *Salzburgensis archiepiscopus electus est.* 5) *De huius morte Rahewinus l. c. agit; cf. infra p.* 50. 6) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I, c.* 19. 7) *Cf. supra l.* 31.

ducatu Saxonie accepto uxorem duxit[1]. Alter filius, *Gesta Frid. IV, 46.* id est Welpho, fuit princeps Sardinie, dux Spoleti, marchio Tuscie.

Sed unde digressi sumus revertamur. Hein- *ib. I, 17.* rico imperatore defuncto, ut dictum est[2], Lotharius dux Saxonum in regem eligitur. Quod Lothario regnum datum fuit [et heredibus[a]] imperatoris non est datum, hec causa fuit. Heinrico imperatore vivente imperium scinditur; [quae[b] scissura tam gra]vis fuit, ut preter Fridericum *ib. I, 12.* ducem fratremque suum Cunradum et Godefridum [palatinum[b] comitem] Rheni vix aliqui ex principibus fuerint, qui principi suo non rebellaverint. [Quot[b] et quanta ergo] dux Suevorum vel imperatore presente vel in Ytalia morante stilo tunc digna gesserit, tota provincia a Basilea usque Maguntia, ubi maxima vis regni esse noscitur, ab antiquioribus[3] nostris adhuc in memoria habetur. Igitur *ib. I, 13.* omnibus circa Rhenum ad nutum suum inclinatis, Gebehardo Argentinensi episcopo[4] et Alberto Maguntino archiepiscopo bellum indicit, vastatis circumquaque omnibus. Heinricus *ib. I, 15.* itaque imperator, revocatis in pacem qui erant ei oppositi[c] principibus, libere potitus imperio apud inferius Traiectum obiit[5]. At *ib. I, 16.* imperatrix Methildis, Heinrici regis Anglorum filia, regalia in potestate sua habebat. Quam predictus archiepiscopus multis[d] promissionibus ad sibi tradenda regalia induxit. Igitur Albertus — nam id iuris, dum *ib. I, 17.* regnum vacat, Maguntini archiepiscopi ab antiquioribus esse traditur — principes regni in ipsa civitate Maguntina convocat malorumque a duce Friderico sibi illatorum haut inmemor, cum predictus dux ad regnum a multis exposceretur, ipse Lotharium ducem Saxonum, virum tamen ex probitatis industria omni honore dignum, in regem a cunctis qui aderant principibus eligi persuasit.

Que res laudabiliter facta gravissime tamen scissure seminarium denuo fuit. Nam predictus princeps consilio eiusdem Alberti Maguntini episcopi nondum odio in heredes imperatoris Heinrici saciati Fridericum ducem [fratremque[e] suum Conradum persequitur. Dissensio *ib. I, 21.* igitur inter Lotharium imperatorem et Fridericum ducem] pene per decem annos protracta[f] imperium quiescere non sinebat. Qualiter autem ad ultimum pacatum fuerit, et quot et quanta virtutum insignia Lotharius reliquerit, qui scire desiderat hystoriam ipsius legat[6]. Itaque dissensionis tempore Fridericus dux, mortua uxore *ib. I, 22.* sua *Iudita, Friderici comitis de Sarburch, fratris Alberti Maguntini **f. 137'.* episcopi, filiam Agnetem uxorem duxit ab [eaque[b] Cun]radum palatinum

a) et heredi *Böhmer; at cf. infra l.* 31. b) *voces deletas ex Ottonis Gestis Frid. suppl.* c) oppositis *c.* d) falsis *Gesta Frid.* e) ducem pene *c., quibusdam vocibus negligentia omissis; Wilmans* persequitur. Dissensio *supplevit. Equidem textum ex Gestis Frid. ita restitui, ut error librarii nostri facile explicetur.* f) pertracta *c.*

1) *Ex Ottonis Gestis Frid. I, c.* 19. 2) *Cf. supra p.* 41, *l.* 18. 3) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I, c.* 8. 17. 4) *Hic non recte Gebehardi mentio fit, qui demum anno* 1131. *episcopus nominatus est; chronista proelia anni* 1117. *cum pugna anni* 1136, *quam in Annalibus Argentinensibus imperialibus memoratam invenit (cf. infra p.* 44*), confudisse videtur.* 5) *Ottonis Gesta Frid. I, c.* 15. *secutus, chronista iterum mortem Heinrici narrat; cf. supra p.* 41, *l.* 18. 6) in priore hystoria dictum sufficiat *apud Ottonem, qui ad Chronicon suum spectat. An et chronista Hohenburgensis idem opus significaverit?*

Gesta Frid. comitem Rheni et Clariciam Lůdewici provincialis comitis Tůringie[a] uxorem accepit.

Not. Marb. Anno Domini MCXXX. Gerungus[1] Marbacensis ecclesie prepositus primus obiit; cui Arnoldus[b] successit.

1131. Sequenti anno Argentinensis episcopus Bruno a sede pontificali pellitur. Gebehardus cathedre prefic[itur[c]].

1133. *Ann. mon. Argent.* Anno Domini MCXXXIII. Lotharius rex ab Innocentio papa Rome in Lateranensi monasterio consecratur in imperatorem.

ib. Eodem anno IIII. Non. Augusti sol obscuratus est VI. hora diei, et tenebre facte sunt.

Not. Neob. ⌜Eodem anno[2] constructum est monasterium quod vocatur Novum-castrum[d] in fundo Reinaldi comitis de Lůzelenburch et cepit crescere in personis et rebus et religione ad laudem Ihesu Christi.⌝

1136. *Ann. mon. Argent.* Anno Domini MCXXXVI. Facta est pugna inter Gebehardum Argentinensem episcopum et Fridericum ducem Alemannie apud Gůgenheim[3].

ib. Eodem anno combustum est maius monasterium Argentinense primo.

Sequenti anno Albero Basiliensis obiit; cui Ortlibus successit.

Eodem anno Bertoldus prius Basiliensis episcopus, postea monachus, apud Lůzelahe cenobium defunctus est[4].

1138. *Ann. mon. Argent.* Anno Domini MCXXXVIII. Lotharius imperator obiit; cui Cůnradus frater Friderici ducis Alemannie contra quorundam principum voluntatem in regno successit.

a) *ita ex Gestis Frid. suppl.* b) *voces nunc deletas Böhmer et Wilmans* . . . oldus successit *legerunt.* Arnoldus *supplendum esse Necrologium Marbacense probat:* XVIII. Kal. Maii. Arnoldus prepositus hic secundus MCXLIIII. *('Mitteilungen der Gesellschaft für Erhaltung der geschichtlichen Denkmäler im Elsass. II. Folge'. XIX, p. 194).* c) *ita Wilmans suppl.* d) *in margine manu coaeva saec. XIII:* cenobium Novi-castri construitur.

1) *De hac notitia Marbacensi ultima quam chronista in fontibus suis invenit cf. commentarium meum. Notandum est, quod hic non Manegoldus, sed Gerungus primus Marbacensis prepositus appellatur.* 2) *Hac notitia, quam nota marginalis Neoburgi scripta sustinet (cf. n.* d*), fundationis tempus pro certo definitur. Cf. etiam Schulte in 'Mitteilungen des österr. Instituts' V, p.* 524. 3) *Ann. Ellenhardi (cf. infra in appendice) pugnam apud* Dunzenheim *locum paulo distantem factam esse narrant.* 4) *Cf. supra ad annum* 1124 *(p.* 41, *n.* 2*). Bertholdum anno* 1136. *iam mortuum fuisse ex privilegio Humberti archiepiscopi Bysuntini apparet, ubi Bertholdus ipso anno* beate memorie presul *nominatur (Trouillat, 'Monuments de Bâle' I, p.* 262*). Fortasse notitia de morte Alberonis quodam librarii errore ante illam de morte Bertholdi (a.* 1136. *attribuenda) addita est, quam sequi deberet.*

Heinricus namque filius H[einrici], dux Noricorum, qui filiam *Gesta Frid. I, 19.* Lotharii cum ducatu Saxonie uxorem duxerat, fuit vir[1] *ib. I, 20.* per omnia laudabilis tam animi quam generis nobilitate insignis. Hic Lothario contra Cunradum et Fridericum ducem, sororis maritum[2], in tantum adhesit, quod Lothario mortuo *cf. ib. I, 23.* Cunrado in electione regali omnimodis cum quibusdam principibus contrarius fuit[3]. His et aliis causis Cunradus rex exacerbatus Heinricum ducatu Noricorum privavit, hereditate in Alemannia et ducatu Saxonum retento. Iste H[einricus] de compa[re[a] sua Ger]drude, filia *ib. IV, 46.* Lotharii, genuit Heinricum, qui a primis cunabulis patre et matre orbatus, [ubi[a] primum ado]levit, pollens viribus et ingenio validus non se luxui et inercie corrumpendum, sed, [uti[a] mos Saxonum] est, equitare, iaculari, cursu cum equalibus certare solebat. Qui cum *ib. I, 45.* adolevit, ducatum Noricorum, quem patri suo non iuste abiudicatum asserebat, iure hereditario ad curiam Cůnradi regis reposcebat, tunc temporis cum Heinricum[b] filium suum per electionem principum Aquisgrani inungi ac coronari iussit. Quem multa prudentia et ingenio inductum usque ad reditum suum suspendit — nam tunc in procinctu[4] Iherosolimitani itineris erat — et quiete expectare persuasit.

1140. Anno Domini MCXL. Combustum est monasterium *Ann. mon. Argent.* Argentinense secundo[5].

Sequenti anno Gebehardus episcopus obiit; cui 1141. Burchardus successit.

1143. Anno Domini MCXLIII. Facta est hyemps nivosa[6] *Ann. mon. Argent.* et dampnosa vineis et arboribus.

Ipso anno[7] Rogerius rex Sicilie classes in Greciam *Gesta Frid. I, 34.* destinat, prefectis eis ducibus strennuis et navali prelio gnaris. Qui maxima ibi preda direpta, opifices etiam, qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam imperatoris illius suique principis gloriam captivos deducunt; quos Rogerius in Panormitano[c] Sycilie metropoli collocans artem illam[d] texendi suos edocere precepit, et exhinc predicta ars illa, prius a Grecis tantum inter Christianos habita, Romanis patere[e] cepit ingeniis.

1148. Anno Domini MCXLVIII. Facta est expedicio *Ann. mon. Argent.* Ierusalem secunda[8] sub Cůnrado rege Romanorum, Lůdewico rege Francorum Bernhardoque abbate Claravallensi.

a) *voces et litteras deletas ex Gestis Friderici et ex editione Wilmansii suppl.* b) Heinricꝰ *c.* c) Parnomitano *c.*; Palermo *Gesta Frid.* d) illiꝰ *c.* e) parere *c.*

1) vir — insignis *ex Gestis Frid. I, c.* 20. 2) Fridericum — maritum *cf. ibidem.* 3) *Cf. quae Otto in Gestis Frid. I, c.* 23. 45; *II, c.* 7. *de inimicitiis Welforum caute indicat.* 4) *Cf. Ottonis Gesta Frid. I, c.* 46. 5) *Cf. infra Ann. Ellenhardi ad a.* 1142. *et Notas Altorfenses.* 6) *De hac hieme cf. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' p.* 139. 7) *Tempus hic non recte indicatur; nam Rogerius demum autumno anni* 1147. *expeditionem in Graeciam paravit.* 8) *Cf. infra in appendice Ann. Maurimonasterienses; Ann. Ellenhardi; Notas Altorfenses.*

1150. *Ann. mon. Argent.* Anno Domini MCL. Combustum est monasterium Argentinense tercio; et eodem anno facta est hyemps magna[1].

*f. 138. *Gesta Frid. I, 67.* Ipso an*no obiit Heinricus filius Cunradi regis, quem pater ante expeditionem Iherosolimitanam per electionem principum regem ordinaverat[2], obiit[a], habens adhuc alium filium[b] Fridericum nomine.

1152. *Ann. mon. Argent.* Anno Domini MCLII. Cůnradus rex obiit; cui fratris sui filius Fridericus, dux Alemannie, in regno successit[3].

Gesta Frid. II, 2. Quod unanimiter principes Fridericum ducem Alemannie elegerunt, hec causa fuit. Due in Romano orbe apud Gallie Germanieve fines[c] famose familie actenus fuere, una Heinricorum de Wibelingen, alia Welphorum de Altdorf, altera imperatores, altera duces magnos producere solita. Iste, ut inter viros magnos glorieque avidos solet fieri, frequenter sese invicem emulantes rei publice quietem multociens perturbabant. Nutu vero Dei paci populi sui in posterum providentis sub Heinrico V. factum est, ut Fridericus dux, frater Cůnradi regis, qui de altera, id est de regum familia, descenderat, de altera, *Heinrici scilicet Noricorum ducis, filiam in uxorem acciperet, ut supra dictum est[4], et ex ea Fridericum imperatorem generaret. *p. 160. Principes igitur[d] non solum industriam ac virtutem iuvenis, sed etiam hoc, quod utriusque sanguinis consors tamquam angularis lapis utrorumque parietum dissidentiam unire posset, considerantes, caput regni eum constituere adiudicaverunt; plurimum rei publice profuturum precogitantes, si tam gravis et diuturna inter maximos imperii viros ob privatum emolumentum simultas hac demum occasione sopiretur. Ita non regis Cŏnradi zelo, sed universalis, ut dictum est, boni intuitu Fridericum eius filio Friderico adhuc parvulo preponere maluerunt. Nam frater eius Heinricus ante patris obitum rex creatus obierat[5]. Hac consideratione et ordine electio Friderici celebrata est.

Itaque Fridericus rex factus in quadragesima[6], *ib. II, 9.* duo cardinales ab Eugenio papa in Teutonicam destinati sunt, Bernhardus presbiter et Gregorius diaconus, ad depositionem quorundam episcoporum. Qui Heinrico Maguntine sedis archiepiscopo deposito et Arnoldo cancellario regni substituto, permissu principis Burchardum Eistetensem senio gravem de inutilitate causantes submoverunt. *ib. II, 11.* Idem etiam legati[7] filiam marchionis de Frŏburch[e] Adelam nomine ob vinculum consanguinitatis, ut dice-

a) Θ *chronista, Gesta Frid. secutus, quamvis in principio sententiae eandem vocem iam ex suo adiecisset.* b) fratrem *Otto, qui ad Heinricum, non ad Conradum regem, ut noster, spectabat.* c) fine *c.* d) qui *c.* e) *ita c.; sed Adela filia marchionis* de Vohburch *erat. Librarius Alsatiensis de comitibus vicinis* de Froburg *cogitasse videtur; cf. eundem errorem infra ad a.* 1189 *(p.* 60, *n.* 14*).*

1) *Cf. Curschmann, 'Hungersnöte im MA.' p.* 144. 2) *Cf. supra p.* 45, *l.* 17. 3) *Cf. infra Ann. Maurimonasterienses, ubi sequitur:* et eodem anno facta est inundatio aquarum maxima. *Quae verba certe ex eodem fonte, scilicet Annalibus monast. Argent. deperditis, profecta sunt.* 4) *Cf. supra p.* 42, *l.* 31. 5) *Cf. supra l.* 4. *ad a.* 1150. 6) *Cf. Gesta Frid. II, c.* 1. 7) legati — separaverunt *cf. ibidem II, c.* 11.

batur, novo regi uxorem pridem iunctam, separaverunt. *Gesta Frid. II, 9.* Dumque post hec in Madeburgensem et quosdam alios sententiam ferre cogitarent, a rege inhibiti et ad propria redire iussi sunt.

Eodem anno[1] Eugenio papa ex hac luce translato, *ib. II, 10.* Anastasius sedem recepit.

Ipso etiam tempore magna fuit controversia inter *ib. II, 7.* Heinricum ducem Saxonie et Heinricum filium Leopaldi marchionis Austrie pro Norico ducatu decertantibus. Unde et regi magna erat anxietas, qualiter litem, quae inter eius[a] carnem et sanguinem, id est Heinricum patruum suum et Heinricum avunculi sui filium, [agitabatur[b]], sine sanguinis effusione terminari posset. Fuit namque Heinricus dux Saxonie Heinrici quondam Norici ducis filius, quem Cůnradus rex a Bawaria eiectum in Saxonia manere compulerat, ducatumque ipsius primum Leopaldo, marchionis et Agnetis[2] filio, ac deinde fratri ipsius huic Heinrico concesserat. Rex ergo predictam litem iudicio vel consilio decisurus utrique in civitate Herbipoli curiam prefigit. Quo dum alter, id est Heinricus ducis filius, veniret, alter se absentavit. Qui iterum et iterum vocatur. Igitur rex, dum iam per biennium ad decidendam litem *ib. II, 11.* duorum principum ex propinquitate[c] sanguinis tam affinium laborasset, tandem alterius instantia qui in paternam[d] hereditatem[d] [redire[d] cupiebat flexus, imminente etiam sibi expeditionis labore], qua Rome imperii coronam accepturus[3] erat, in qua eundem iuvenem militem sociumque vie habere debuit, finem negotio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxonie Gosla*rie curiam celebrans utrosque duces **f. 138'.* datis edictis evocavit; ubi dum altero veniente alter se absentaret, iudicio principum alteri, id est Saxonie duci[e], Bawarie ducatus adiudicatur. Itaque Friderico imperatore facto, post circulum anni ordinationis sue[4] Ratisponam venit, patruum Heinricum *ib. II, 47.* alloquitur, ad transactionem cum altero Heinrico duce Saxonie faciendam tunc demum inclinavit. Summa[f] autem concordie hec *ib. II, 55.* fuit: Heinricus maior natu ducatum[g] Bawarie per VII vexilla resignavit; [quibus[b]] iuniori traditis, ille duobus vexillis marchiam Orientalem[h] cum comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus reddidit. Exinde de eadem marchia cum predictis comitatibus quos tres dicunt iudicio principum ducatum fecit eumque non solum sibi, sed et uxori cum duobus vexillis tradidit, neve in posterum ab aliquo successorum suorum mutari posset aut infringi, privilegio confirmavit. Acta sunt anno regni eius V, imperii II.

Igitur H[einricus] dux Saxonie et Bawarie, priusquam patrum suorum in Bawaria recepisset sedem, duxerat

a) eos *c.* b) *deest c.* c) propinguitate *c.* d) paterna hereditate qua Rome *c., ubi* redire — labore *desunt; errorem, qui sine dubio librario Neoburgensi, non chronistae Hohenburgensi adscribendus est, ex Ottonis Gestis Frid. II, c.* 11. *emendavi.* e) ducis *c.* f) ma *in margine novae lineae eadem manu add.* g) ducatu *c.* h) ǒsterriche *eadem manu superscr.*

1) *Immo hic non de a.* 1152, *sed iam de anno* 1153. *agitur.* 2) *Cf. supra p.* 42, *l.* 24. 3) *Ottonis Gesta Frid. II, c.* 7: pro corona imperii accipienda. *Cf. ibidem I, c.* 70. *de Conradi III. expeditione, qua* imperii coronam accepturus esset. 4) *Fridericus die* 18. *Iunii a.* 1155. *imperator coronatus est. Mense Iunio et mense Septembri a.* 1156. *Ratisponae de concordia cum Heinrico duce Saxoniae agebatur; cf. Ottonis Gesta Frid. II, c.* 47. 54.

uxorem filiam Cunradi ducis de Zeringen[1] genuitque ex ea filiam, quae Danorum regi nupsit. Et consanguinitatis causa coniuge dimissa[2]; accepit in matrimonium filiam Heinrici regis Anglorum[3], a quo beatus Thomas Cantuariensis passus est[4].

Heinricus itaque dux Saxonum et Bawariorum de compare sua Agnete[5], filia regis, genuit IIII filios: Heinricum, qui duxit unicam filiam Cunradi palatini Rheni uxorem et ob hoc post mortem Cůnradi palatinus[6] effectus est; et Ottonem, qui ab avunculo suo Richardo rege Anglie factus est comes Pictavie[7], qui etiam nutu Dei factus est Romanorum imperator[8]; Wilhelmum quoque, qui regebat ultra Alberiam fluvium Slavos, Fresones et Holzsezen[9]; nec non et Lůtherum, qui in expedicione prima Heinrici imperatoris militans in Apulia apud Augustam obiit[10].

Gesta Frid. II, 47. Anno imperii Friderici secundo[11], cum principes consanguineos suos Heinricum et Heinricum, ut dictum est[12], *ib. II, 48.* ad concordiam revocasset, imperator in civitate Orientalis Francie Herbipoli[a] regio apparatu, multa principum astipulatione, iuncta sibi Beatrice Reinaldi comitis filia, nuptias celebrat. Reinaldus iste de [antiqua[b] et] illustri Burgundiorum prosapia originem trahens illius Burgundie comes [dicebatur[b] que, olim a Růd]olfo rege imperatori[c] Cunrado[13] et filio eius Heinrico cum testamento relic[ta[b], regnum erat; et est] sedes[14] regni apud civitatem Arelatum. Hec eadem

a) Herbipolī *c.* b) *voces et litteras deletas ex Gestis Frid. et ex editione Wilmansii suppl.* c) imperatore *c.*

1) *Nuptiae Heinrici cum Clementia anno* 1147. *aut* 1148. *celebratae erant. Gertrudis filia Kanuto filio regis Waldemari et ipsi postea regi anno* 1171. *desponsata anno* 1177. *nupsit.* 2) *Anno* 1162. 3) *Anno* 1168. *Mathildam uxorem assumpsit.* 4) *Cf. infra p.* 51. *ad a.* 1170. 5) *Error; cf. supra n.* 3. *Chronista Mathildam cum filia Conradi palatini Agnete confudisse videtur, quae Heinrico postea comiti palatino nupsit.* 6) *Anno* 1195; *Heinricus anno* 1213. *in favorem filii sui aequivoci iam anno* 1214. *mortui comitatui renuntiavit. Anno* 1214. *Fridericus II. Ottonem filium Ludovici ducis Bawariae comitem palatinum instituit.* 7) *Anno* 1196. *comitatum Pictaviae (Poitou) obtinuit. Cf. infra p.* 73. *ad a.* 1198. 8) *Anno* 1209; *cf. infra p.* 80. *ad hunc annum.* 9) *Wilhelmus dictus de Luneburg die* 12. *Decembris anni* 1213. *mortuus est; cf. Winkelmann, 'Jahrbücher Otto's IV.' p.* 384. 10) *Non recte; Lůtherus enim in Theutonicorum civitate Augsburg die* 15. *Octobris anni* 1190. *obiit, cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p.* 125; *Heinricus frater eius maior Heinricum VI. adhuc regem in Apuliam prosecutus est.* 11) *Anno* 1156. *post diem* 18. *Iunii; cf. supra p.* 47, *n.* 4. *Immo iam* 10. *die Iunii nuptiae celebratae sunt.* 12) *Cf. ibidem.* 13) *Haec chronista addidit Bernoldi memor, qui ad a.* 1032. *narrat:* Roudolfus . . . Counrado imperatori diadema suum transmisit. 14) *Cf. Rahewini Gesta Frid. III, c.* 12: Arelatum sedem regni Burgundiae.

provincia est, a qua Cunradus de [Zeringen[a]] eiusque filius Bertholdus ipsiusque filius equivocus[1] duces vocari consueverunt. Que vero inter Cunradum [et[a] Reinaldum] disceptationis causa fuerit, paucis absolvam. Mos in illa, qui pene in omnibus Gallie provinciis [servatur[a]], remansit, quod semper seniori fratri eiusque liberis, seu maribus seu feminis, paterne [hereditatis[a]] cedat auctoritas, ceteris ad illum tamquam ad dominum respicientibus. Ex qua consuetudine [factum[a] est], ut Wilhelmus comes, huius Reinaldi ex parte patris consanguineus, Cunradi vero ducis sororis [filius[a]], rerum summam, dum adviveret, illa in provinçia haberet. Quo fraude suorum rebus humanis exempto, Reinaldo comiti dominium cessit. Actum est hoc sub Heinrico V. seu sub Lothario II. Verum predictus comes nimis iusticie sue confisus — erat enim homo lenis et ex nimia lenitate remissus — curias principis adire neglexit. Ex quo factum est, ut indignatione motus princeps Lotharius[b] predictam [terram[a]] Cunrado duci concederet, sicque uterque vicina sibi vendicaret loca. Longa itaque concertatione in tantum, ut etiam in campo congressu publico ab eis pugnaretur, deducta est hec controversia, donec ab imperatore Friderico eo tenore decisa est, quod Bertholdus, predicti Cŏn*radi filius, in negocii transactione duas[c] civitates inter Iurum et montem Iovis, Losannam et Gebennam[c], accepit, ceteris omnibus imperatrici relictis. Quam imperator, ut ostensum est, in matrimonium sortitus, genuit V filios: Heinricum imperatorem et regem Sycilie, Fridericum ducem Suevie, Cŭnradum ducem ibidem[2], Ottonem comitem Burgundie et Philippum, qui cum Ottone imperatore pro regno dimicans ab inimicis suis est interfectus[3]. *Gesta Frid.* *f. 139.

Anno[4] Domini MCLV. Fridericus Rome ab Adriano papa in magna Romanorum dissensione et occisione imperator consecratur[5]. 1155. *Ann. mon. Arg.*

Anno Domini MCLVII. Imperator Fridericus, expugnatis Polonis cum triumpho reversus, apud Herbipolim curiam celebrans legationem Constantinopolitani imperatoris Manuel accepit. *Ad eandem curiam filius Cunradi regis Fridericus, iam dudum ab imperatore dux Suevie factus[6], accinctus gladio miliciam est professus. 1157. *p. 161.

Sequenti anno Mediolanum a Friderico imperatore obsidetur[5]. 1158. *Ann. mon. Arg.*

a) *voces et litteras deletas ex Gestis Frid. et ex editione Wilmansii suppl.* b) Lotharii *c.* c) tres *Gesta Frid., ubi post* Gebennam *leguntur:* et N. *(quod Sedunum, id est Sitten, significat). Haec noster, cum non intelligeret, omisit.*

1) *Bertholdus V, qui a.* 1218 *(cf. infra p.* 88. *ad hunc annum) obiit.* 2) *Primo de Rothenburg; Sueviam post mortem Friderici a.* 1191. *obtinuit.* 3) *A.* 1208; *cf. infra p.* 78. *Nota, quod regis intitulatio Philippo hic data non est.* 4) *In commentario meo rationem relationum annorum* 1155—1183. *edendarum exposui, varias notitias diversis auctoribus attribuere conatus.* 5) *Cf. infra Ann. Maurimonasterienses.* 6) *Anno* 1152.

Not. Neoburg. ⸢Anno Domini MCLVIII. Monasterium in Novocastro consecratur sub glorioso Friderico imperatore, anno[a] imperii eius VI[1], in predio Reinoldi comitis IIII.
Maii 4. Nonas Maii a reverendis episcopis Burchardo Argentinensis et Heinrico Trecensis ecclesie in honore sancte crucis et beate Marie virginis.⸣

Gesta Frid. IV, 14. 16. Anno Domini MCLVIIII. Otto Frisingensis episcopus obiit[2], patruus imperatoris; cui Albertus successit. Eodem
ib. IV, 52. anno Adrianus papa obiit; cui Alexander successit. Ipso
1159. anno factum est scisma inter regnum et sacerdotium.

1160. Anno Domini MCLX. Arnoldus Maguntinus archi-
Ann. mon. Arg. episcopus occiditur. Ipso anno Crema expugnatur.

1162. Anno Domini MCLXII. Mediolanum capitur.
Ann. mon. Arg. Eodem anno Horburch a comite Hugone de Tagesburch destruitur[3].

Ipso[4] anno factum est, ut, eversa Horburch et captivatis his qui in castro obsessi fuerant, imperator Fridericus destructo Mediolano reversus de Ytalia veniret in Alsaciam. Qui bellum inferre cepit comiti Hugoni, utpote ei qui imperiale preceptum contempserat, quod videlicet ab obsidione predicti castri non recesserat; eos quoque quos comes captivaverat expugnato

a) anno *eadem manu superscr.*

1) *Non recte anni imperii hic numerantur, nescio an errore librarii, qui in notitia dedicationis deperdita fortasse* anno imperii eius III. *invenerit. Annus regni VI. usque ad diem* 9. *mensis Martii computabatur; cf. diploma Friderici I. eidem monasterio mense Februario anni* 1158. *datum (Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 3800. *apud Würdtwein, Nova subsidia diplom. IX, p.* 361*). De anno incarnationis locus dubitationis non est, cum dies IV. mensis Maii anno* 1158. *in diem dominicam inciderit. In notitia dedicationis apud Schulte, 'Mitteilungen des österreichischen Instituts' VII, p.* 469. *nomina episcoporum et ducum ex diplomate Friderici anni* 1156 *(Stumpf, Reg.* 3738. *apud Schoepflin Als. dipl. I, p.* 471; *cf. de eodem Scheffer-Boichorst, 'Forschungen zur Gesch. des* 12. *u.* 13. *Jhs.' p.* 150. 157*) desumpta illos dedicationi interfuisse minime demonstrant.* 2) *Otto episcopus iam a.* 1158. *die* 22. *Septembris mortuus erat. At codices B. C Gestorum Friderici (ed. Waitz p.* 198, *n.* m*) annum* 1159. *indicant.* 3) *Cf. Ann. Maurimonaster. et Notitiam Neoburgensem saec. XIII. in., quae narrat (Würdtwein, Nova subsidia diplomatica IX, p.* 381*):* comes Hugo castrum Horburch obsederat, auxiliante sibi Stephano Metensi episcopo et duce de Ceringen. *Insuper et Ann. Monasterienses (SS. III, p.* 155*) ad a.* 1162. Excidium Horbuorch *commemorant.* 4) *Fusam hanc de destructione castri Girbaden narrationem ab auctore Annalium imperialium Arg. additam esse crediderim, qui etiam alias de comitibus Dagsburgensibus res nobis tradidit. Brevem Annalium monasterii Arg. notitiam Ann. Maurimonasterienses nobis servaverunt:* Girbaden Hugonis comitis [castrum] capitur ab imperatore.

et destructo castro Girbaden liberavit. Deinde post menses 1162.
aliquot imperator civili bello, quod totam Alsatiam iam
devastaverat, finem im[posu]it[a], hostibus inter se pacificatis.

Eodem anno Burchardus Argentinensis episcopus
[obiit[a]]; cui Rudolfus succ[essit].

Item Ortliebus Basiliensis episcopus obiit[1]; cui Lůdewicus successit.

Anno Domini [MCLXX.[a] Beatus[b]] Th[omas[a] Ca]ntuariensis episcopus martyrium est passus ⌜et[2] inauditis cepit c[oruscare[c] miraculis, sicut[d] in le]genda plenius inveniuntur⌝.

Anno Domini MCLXXVI. [Combustum[e] est mona- 1176.
sterium Argentinense IIIIº]. *Ann. mon. Arg.*

Anno Domini MCLXXVII. Facta est concordia 1177.
inter regnum et [sacerdotium[f], et scisma], quod XVIII
annis steterat, finem accepit[3].

Anno Domini [MCLXXVIII[g]. Facta est cedes magna 1178.
Lageln]heim iuxta Columbariam[4], Cůnone de Horb[urch[h] *Ann. mon. Arg.*
et Egelolfo de Ursilingen inter se preliantibus[i]].

Anno Domini MCLXXVIIII. Factum est concilium 1179.
[magnum[i] sub Alexandro papa, in quo fuerunt fere *Ann. mon. Arg.*
quin]genti episcopi et abbates aliique religiosi [innumerabiles[i.5]; in quo Bremensis archiepiscopus[6], Růdolfus Argentinensis], Lůdewicus Basiliensis et Metensis[7] episcopi deponuntur[8].

[Inchoatur[k] hoc concilium V. Kal. Marcii[9] et *Febr. 25.*
terminatum[i]] est circa finem Aprilis. Eodem anno *Apr. ex.*

a) *voces et litteras nunc deletas, a Boehmero et Wilmans investigatas cum cod. Viennensi* 578. *(V) f.* 76. *contuli.* b) *sic V et Boehmer;* sanctus *Wilmans; cf. supra p.* 48, *l.* 4. c) *ita Boehmer et Wilmans ex coniectura; desunt V.* d) *ita Wilmans; deest Böhmer.* e) *ita V; nota marginalis saec. XV. sonat:* Argentinense monasterium comburitur. IIII. f) *ita Boehmer et Wilmans; desunt V; nota marginalis saec. XV:* scisma . . g) *ita V; nota marginalis saec. XV:* Lagelnheim. h) Horburg *V;* Horburch *supra ad a.* 1162 *(p.* 50, *l.* 14*).* i) *ita V et Boehmer.* k) *ita V;* inchoabatur *Urstisius et Boehmer.*

1) *Ortliebus non a.* 1162, *sed a.* 1164. *obiit; cf. Trouillat, 'Monuments de Bâle' I, p.* 343. 2) *Finem huius notitiae potius librario Neoburgensi quam chronistae Hohenburgensi ascribendam esse censeo; cf. commentarium meum.* 3) *Cf. supra ad a.* 1106 *(p.* 40, *l.* 14*).* 4) *Cf. infra Ann. Maurimonasterienses.* 5) *Cf. infra Ann. Maurimonast.; Ann. Ellenhardi; Notas Altorf.* 6) *Bertholdus; cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' V, p.* 880. *et Hauck, 'Kirchengeschichte' IV, p.* 295. 7) *Theodericus IV; cf. Wolfram in 'Jahrbuch für Lothring. Geschichte' XV, p.* 217. 8) *Cf. Ann. Ellenhardi. — Adhuc Annales monasterii Argentinenses, quorum plures notitiae ad annos* 1173. 1174. *pertinentes in Cronica nostra Hohenburgensi omissae esse videntur (cf. commentarium meum et infra Ann. Maurimonasterienses); quae sequuntur auctor Annalium imperialium Arg. ex suo adiecit.* 9) *Prima sessio* 5. *die mensis Martii facta est.*

1179. Christianus archiepiscopus Mag[untinus[a] . . . . . .
. . . . Eodem[b] an]no
Dec. 20. Cůnradus in vigilia Thome apostoli Argentinensis
1180. episcopus [eligitur[b], qui proximo anno eodem die
sepelitur; et] Heinricus cathedre preficitur.

Ipso anno, [scilicet[c] MCLXXX, Fridericus im-
c. Aug. perator circa Augustum exerci]tum duxit in Saxoniam
super Heinricum ducem Sax[onie[c]].

Add. Neob. ⌈[Causa[d] belli huius hec fuit. Imperato]re aliquando
in Ytalia manente [nec[e] copiam militum qua hostes im-
**f. 139'.* perii coercere posset ha]*bente, auxilium Heinrici ducis
imploravit. Qui nimiam suorum militum stragem factam
conquęrens Creme et apud Mediolanum [1], non aliter im-
perio amminiculari posse respondit, nisi Goslarie opidum
in beneficium sibi daretur [2]. His et aliis causis imperator
nimium exacerbatus bellum Heinrico duci indici iubet,
ducatu eius Norico Ottoni de Witilinisbach ac Saxonie
ducatu Bernhardo comiti de Anehalt concesso.⌉

Eodem anno Hugo Basiliensis episcopus constitui-
tur et moritur sibique Heinricus substituitur.

Not. Hohenb. Ipso anno dedicata est maior ecclesia inferioris
monasterii apud Hohenburch in honore sancte Dei genitricis
Marie a Mantuano episcopo [3], apostolice sedis legato.

1181. Anno Domini MCLXXXI. Heinricus dux Saxonie
ab imperatore subiugatur. Annona cara; vinum bonum
et bene venale.

Ipso anno obiit Alexander papa; et Lucius sibi
successit.

1182. Anno Domini MCLXXXII. Heinricus Argenti-
nensis episcopus in Ytalia a Christiano Maguntino

a) *circa* 32 *litterae deletae. Non dubium, quin de captivitate archiepiscopi hic actum sit (vide Varrentrapp, 'Christian von Mainz' p.* 95 *sq.). Cf. Cron. regia Coloniensis ad a.* 1179: Christianus Mogontinus episcopus capitur a marcravio Ferrei-montis. b) *ita V.* c) *ita Wilmans, qui voces nunc deletas adhuc legisse videtur.* d) *ita Wilmans, qui pauca* (causa belli hui) *ex coniectura suppl.* e) *ita Wilmans, qui voces et litteras* militum qua hoste *et* coerce *ex coniectura addidit.*

1) *Haec ad obsidiones Cremae et Mediolani (cf. supra p.* 50*) respiciunt, quibus Heinricus dux annis* 1159. 1160. *et a.* 1161. *interfuit (cf. v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' V, p.* 202. 290*).* 2) *Cf. Ottonis Fris. Chronici Continuationem Sanblasianam c.* 23. 24 *(SS. XX, p.* 315 *sq.). — Cur totam hanc de Heinrico duce narrationem a librario Neoburgensi additam esse iudicem, in commentario meo fusius exposui. Quae Lucas, 'Zwei kritische Untersuchungen zur Geschichte Friedrichs I.' p.* 4 *sqq. de colloquio Friderici cum duce disseruit, rem integram reliquisse mihi videntur.* 3) *Garsidonio, quem mense Iulio Ratisbonae in curia imperatoris videmus (Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 4305*).*

episcopo cum magna difficultate consecratur in festo 1182.
sancti Iacobi apostoli. Vinum multum et bonum; hama *Iul. 25.*
vendebatur pro VI denariis Argentinensibus.

Anno Domini MCLXXXIII. Christianus Magun- 1183. *(Aug. 25).*
tinus archiepiscopus in Ytalia obiit.

Eodem anno quidam in scismate ordinati et in
concilio ab Alexandro papa depositi, subdiaconi scilicet
et inferioris ordinis, reordinantur, duobus apostolice
sedis legatis[1] speciali hoc dispensatione concedentibus,
impetrante F[riderico] imperatore, qui presens fuit tunc
temporis, apud Constantiam curiam celebrans et collo- *(Iun.)*
quium habens cum Longobardis omnibus fere melioribus.
Hanc autem dispensationem precipue obtinuerunt Marba-
censes et per ipsos alii, Bernhardo preposito interpellante.

⌜Huius execrabilis et horrende[a] scismatis causa hec *Add. Neob.*
*p. 162. fuit[2]. Quidam *episcopi domino imperatori suggesserunt,
quod apostolica electio non deberet celebrari sine suo 1159.
consilio et assensu, sicut olim mos fuit ab imperatoribus.
Quod clarissimus princeps audiens, nimium credulus et
plus quam debuit ira succensus, communicato consilio
cum principibus, papam instituit et episcopis[b] Ale-
mannie ei[c] sacramentum fidelitatis prestare[d] coegit[3]. 1165.
Quod quidam fecerunt, pauci vero saniori usi consilio
facere rennuerunt. Tandem plurimo tempore revoluto pax
ecclesie redditur[4] per quendam episcopum Wicmannum 1177.
Saxonie, et letatur universus mundus, quod densissimis
tenebris[5] finis fuit impositus.⌝

a) *ita c.* b) *ita loco* episcopos *c.* c) ei *eadem manu superscr.* d) prare *c.*

1) *Iohannes de Anagnia cardinalis presbyter tituli s. Marci et Petrus episcopus Lunensis a papa delegati erant. Cf. v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 31; *Hauck, 'Kirchengeschichte' IV, p.* 291. 303 *et Chron. Ebersheim. c.* 32 *(SS. XXIII, p.* 447*) de gravissimis incommodis in Alsatia ortis.* 2) *Sequentem narrationem de scismatis origine erroribus obrutam esse nemo est quin intelligat. Recordatio factorum non satis explicata cum vanis fabulis a scriptore Neoburgensi, quem auctorem probare in commentario meo conatus sum, in unum permixta est.* 3) *Haec omnia ad a.* 1165. *spectant, quo Fridericus I. post mortem Victoris IV. episcopos Germaniae in curia Herbipolensi sacramento obligavit, ut Paschalem III. imperialem papam recognoscerent; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte' IV, p.* 263 *sqq.* 4) *De pace Veneta a.* 1177. *facta agitur, de qua Wichmannus archiepiscopus Magedeburgensis optime meritus erat; cf. Hauck l. c. IV, p.* 292. *Wichmannum* Hildesheimensem *praecipuum pacti mediatorem Contin. Sanblasiana c.* 23. *nominat (SS. XX, p.* 316*).* 5) *Cf. notam marginalem cod. Ienensis f.* 91, *nisi fallor ab ipso librario Neoburgensi Chronico Ottonis VI, c.* 35. *additam:* unde a quodam ecclesiastico scriptore densissimis tenebris [Aegypti comparatur]. *Cf. Ottonis Chronicon SS. XX, p.* 247, *n.* n.

Add. Neob. ⌜In Lonbardia vero clara et fortia bella gerens cum maximo labore et sudore et strage suorum, cum pactione infinite pecunie eos[a] ad deditionem coegit.

1174/5. Apud Alexandriam[1] cum erexisset instrumentum quod ebenhoe[2] dicitur, ut caperet munitionem, plurimos perdidit per fossatum, quod clam de nocte fecerant, et lignis et repagulis terram et locum fulcierant; Greco igne supposito[b] instrumentum et illos qui superius erant totaliter consumpsit. Imperator vero cogitans eis reddere talionem, fugam simulans, militibus in insidiis collocatis, cumque de civitate ipsum persequerentur, milicia de locis oportunis surgens quosdam cepit, alios occidit, et sic vindictam cum victoria ab eis deportavit et locum devastavit.⌝

1184. Anno Domini MCLXXXIIII. Fridericus imperator

(Maio). maximam apud Magontiam habuit curiam; nam plures quam LXX [re[c]]g[ni in] ea iam convenerant principes. In qua duo filii sui, rex Heinricus et dux Suevie Frid[ericus[d], mili]tari accincti sunt gl[adio[d]. In qua] curia imperialis capella ex lignis composita et [bene[e] collig]ata cum cruce et aliis sa[nctuariis[e]] repositis, que tunc constituta fuit in spacio [quodam[e] quod nominatur . . . . . .[f]], quod ex [utraque[d] alluit[g] par]te Mogus[3], circa nonam corruit vi ventorum [impellente[e] nec[d] ab alicuius rei alterius impulsu, et] in ea constitutos aliquos vel ad mortem usque les[it[d] vel alio modo aliquo cor]rup[it[d]; aliqui vix] evaserunt[4].

a) eos *eadem manu superscr.* b) *ita c. loco* Grecus ignis suppositus. c) *suppl.;* magni *Böhmer et Wilmans.* d) *ita Boehmer et Wilmans.* e) *ita Wilmans.* f) *huius loci nomen Wilmans iam non legere potuit; insulam Moeni fluvii designari apparet; Ann. S. Pauli Virdunenses (SS. XVI, p.* 501*):* Moguntie in insula. g) *ita recte v. Simson (cf. infra n.* 3*) emendavit;* aluit *Böhmer et Wilmans.*

1) *In obsidione Alexandriae (Oct.* 1174 — *April.* 1175*) monachi Neoburgenses Friderici imperatoris defensionem in oppressiones lantgravii imploraverunt; cf. diploma Friderici (Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 4480*) in 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XI, p.* 14: cum essemus in Lonbardia in obsidione Alexandrine civitatis. *Narrationem nostram a relationibus legatorum Neoburgensium repetendam esse Schulte ('Mitteilungen des Instituts für österreich. Geschichtsforsch.' V, p.* 532*) iam intellexit. Cf. commentarium meum, ubi etiam exponitur tabulam in archivo Darmstadiensi asservatam non esse autographam, sed ab ipso librario Neoburgensi saec. XIII. med. scriptam, qui Cronicam Hohenburgensem codicis nostri Ienensis scripsit.* 2) *A Wolframmo de Eschenbach commemoratur. W. Cf. Parzival* 206, 1: ir ebenhoehe und ir mangen; *Willehalm* 111, 5. 9. 10: dô hiez er wurken antwerc, . . . drîboc und mangen, ebenhoeh ûf siulen langen. 3) *Cf. v. Simson apud v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 601. 4) *Cf. v. Simson l. l. p.* 604.

Eodem anno imperator apud Veronam ci*vitatem *f. 140. Ytalie cum papa Lucio circa Kal. Novenbris[1] collo- 1184. Nov. quium habuit, in quo Iherosolimitanus patriarcha[2] et magister Templi[3] et Hospitalis[4] fuerunt, conquerentes, quod Sarraceni ex magna parte Christianorum terram devastaverant et in proximo se capturos minarentur.

Interim defuncta est filia imperatoris, quae fuit desponsata filio regis Ungarie[5]; nec diu postea obiit *(c. Nov. 15)*. Beatrix imperatrix.

Interea rex Heinricus curiam apud Augustam civi- *(Oct. 29)*. tatem Recie habuit; ubi desponsavit Constantiam filiam regis Apulie Rogerii[6].

Eodem anno estas calida et sicca, sed in mense *Nov.* Novembri maxima inundatio aquarum fuit. Nam aquae non solum pluviarum ministerio, sed per occultos etiam terre meatus erumpentes in tantum creverunt, quod fere omnem circa se positam planiciem cooperuerunt et maximum dampnum hominibus intulerunt.

Ipso anno Heinricus colloquium habuit apud *(Iul.)* Erphurdiam nobilem Turingie civitatem cum aliquibus principibus et aliis baronibus. In quo colloquio inferior pars domus palacii, in qua consistebant principes et comites et alii diversi generis homines, corruit, et multi obpressi sunt mortui cadentes in latrinam[7]. Inter quos comes Fridericus de Habenberc et alii IIII comites magni et divites[8], et multi alii per diversa corporum loca lacerati mortui vel semianimes extracti; solo rege H[einrico] in una fenestra eiusdem domus adherente et ex uno latere archiepiscopo Maguntino Cunrado sibi assistente, ex alio cancellario suo Godefrido[9] astante.

Anno Domini MCLXXXV. Lucius papa apud 1185. Veronam obiit; cui Urbanus tercius[a] successit, qui fuit *(Nov. 25)*.

a) tercius *eadem manu superscr.*

1) *Veronae imperator a die* 19. *Octobris usque ad* 4. *mensis Novembris aderat; cf. Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 4388 *sqq.* 2) *Heraclius.* 3) *Arnoldus de Turri Rubea.* 4) *Rogerius de Molinis.* 5) *Cf. v. Simson apud v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 625. 6) *Cf. supra p.* 35, *l.* 13. 7) *Cf. v. Simson apud v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 608. *et Holder-Egger in N. Archiv XXV, p.* 100 *sq.* 8) *In Cronica S. Petri Erford. moderna (ed. Holder-Egger p.* 193*) praeter Fridericum nominantur:* Heinricus comes Thuringie *(id est: de Schwarzburg),* Gozmarus comes Hassie *(id est: de Ziegenhain),* Fridericus comes de Kirchberc, Burcardus de Wartberg. *Comitem* de Bogen *Cronica universalis Saxonica vernacula lingua scripta (ed. Weiland, 'Deutsche Chroniken' II, p.* 233*) commemorat.* 9) *De Helfenstein.*

1185. archiepiscopus Mediolanensis[1]; qui postea[2] gravem contra
1186. imperium movit sedicionem et quendam Folmarum in
(Iun. 1). archiepiscopatum[a] Treverensem contra voluntatem imperatoris consecravit et episcopos aliosque principes et omnes Longobardos ad coniurationem contra imperium incitavit[3].

1185. Eodem anno rex in Ytaliam ad patrem profectus est[4].

Ipso anno tanta *habundantia vini fuit, quanta *p. 163.
prius fuisse nullus eius temporis hominum vidit.

1186. Eodem anno[5] rex apud Mediolanum nuptias cum
(Ian. 27). magna gloria celebravit; et imperator, Cremonensibus, qui propter reedificationem Creme rebellaverant, ad dedicionem coactis[6] et in eius gracia et pace omni Ytalia
(Aug.) dimissa, ad partes Thetonicas[a] remeavit[7].

1185. Eodem anno quidam astronomicus Tholetanus[b] nomine Iohannes[8] misit litteras per omnes mundi partes, asserens proximo sequenti anno circa mensem Septembrem omnes planetas debere convenire in unum domicilium, et ventum qui omne pene edificium destructurus esset venturum, et mortalitatem et famem et multa alia incommoda futura et mundi finem et adventum Antichristi instare, et in hoc omnes astronomicos aliosque phylosophos et magos tam Christianorum quam gentilium et Iudeorum concordare. Unde maximus timor multos invasit, ita quod quidam sibi fecerunt subterraneas domus et per multas ecclesias ieiunia et processiones et letanie fiebant. Sed
1. Cor. 3, 19. ut probaretur sapientia huius mundi stulticia esse apud
1186. Deum, predicto tempore magna aeris serenitas et tranquillitas fuit, et nichil eorum quae predicta erant evenit.

1185. Ipso anno castrum Brisache a rege Heinrico iniciatur[9].

a) *ita c.* b) Nota de Iohanne astrologo *in margine coaeva manu saec. XIII. additum.*

1) *Hubertus nomine.* 2) *Anno* 1186. 3) *Cf. Scheffer-Boichorst, 'Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie' p.* 89 *sqq.* 4) *Heinricus nativitatem Domini anni* 1185. *Papiae cum patre celebravit.* 5) *Nuptiae die* 27. *Ianuarii anno* 1186. *celebratae sunt.* 6) *Die* 8. *Iunii* 1186. *pax constituta est.* 7) *Mense Augusto anni* 1186. *Fridericus in Alsatiam venit (Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 4463*).* 8) *De quo acute egit Grauert, 'Sitzungsberichte der Münchener Akademie, Phil.-Hist. Klasse'* 1901 *p.* 173 *sqq.* 187 *sqq. Cf. infra p.* 93. *ad a.* 1229. 9) *Cf. Heyck, 'Geschichte der Herzoge von Zähringen' p.* 414 *sq.*

Anno Domini MCLXXXVI. Imperator apud Wor- 1187.
maciam curiam habuit[1], in qua Maguntinus[2] et alii *(Aug.)*
episcopi preter Phylippum Coloniensem archiepiscopum[3],
qui erant supradicte coniurationis, ut dicebatur, conscii,
se expurgabant.

Eodem anno hyemps calida, ita quod in Decembri 1186.
et Ianuario multe arbores florerent, in quibus circa *Dec.*
Februarium pira quantitate in modum avellane magna 1187.
conspiciebantur, corvi quoque et pice alieque huius- *Ian.*
modi aves in Ianuario fetus produxerant.

Sed proximo sequenti anno, scilicet anno Domini
MCLXXXVII, circa Marcium magna aeris inclementia *Mart.*
et asperitas algoris veniens fere usque ad Kal. Iunii *c. Iun.* 1.
duravit, ita quod in pentecoste, videlicet in medio Maio, *Maii* 17.
nix *magna[a] cecidit, et fere omnia poma perierunt[a. 4]. **f.* 140'.
Eodem anno Argentina in mense predicto ex magna
parte incendio vastata est.

Ipso anno inter apostolicum et imperatorem de
pace agebatur; sed nichil profuit, quia de excommuni-
catione imperatoris et regis agebat[5]. Deus autem
malignum ipsius consilium dissipavit. Nam eodem anno *2. Esra* 4, 15.
mortuus est; cui Gregorius papa VIII, homo bonus et *(Oct.* 19/20*)*.
religiosus, successit.

Eodem anno rex Salatin de Babylonia, qui impera-
tori prius familiaris fuerat — nam sibi invicem legatos
et munera direxerant[6] —, cum exercitu terram Christia-
norum intravit et cum eis bello inito cruentus victor ex-
titit[7]. Nam plus quam XXX milia hominum occisa sunt,
et Ierusalem ad deditionem subacta et non multo post, *(Oct.* 2*)*.
omnibus civibus eius vel captis vel interventu precii
dimissis et eiectis, a paganis est inhabitata, venerandum-
que lignum sancte crucis captum, et Acharon et fere

a) magna — peri *in loco raso.*

1) *Haec curia demum mense Augusto anni* 1187. *celebrata est. Cf. v. Simson apud v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 664. 2) *Conradum Moguntinum coniurationis participem non fuisse Scheffer-Boichorst, 'Kaiser Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie' p.* 99 *sqq. probavit.* 3) *Cf. Knipping, 'Regesten der Erzbischöfe von Köln' II, nr.* 1303. 4) *Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' p.* 154. *has et alias notitias annorum* 1184 *sqq. ad tempus et segetes spectantes neglexit.* 5) *Scil. apostolicus. W. — Hic varios actionis progressus in unum contrahi et non recte permisceri v. Simson apud v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 669. *animadvertit.* 6) *De his prioribus legationibus cf. ibidem VI, p.* 186 *sq.* 7) *Wido (de Lusignano) sororius Balduini IV, rex Hierosolymitarum, in pugna apud Hattin inita die* 4. *et* 5. *Iulii a Saladino victus est.*

1187. omnes vicine civitates preter solam Tyrum expugnate, aliaque innumerabilia et inaudita patrata sunt mala. Huius rei nuncii cum ad apostolicum venissent, ipse prius per legatos suos regi, qui tunc temporis in Ytalia fuit[1], hec insinuavit et habito super hoc consilio cardinalem episcopum Prenestinum[2], virum sapientem et eloquentem, ad hec annunciandum cunctis et ad expeditionem transmarinam predicandam misit, auctoritate sibi concessa, ut quicumque crucem accipere vellet omnium peccatorum remissionem et indulgentiam ex parte Dei sibi promitteret. Sed Dei voluntate factum
Dec. est, quod eodem tempore circa Kal. Decembris imperator Argentine curiam habiturus erat[3]. Ad quam cum predictus legatus venire vellet nec posset, premisit duos nuncios. Qui festinato cursu ad eandem curiam venere et presente imperatore aliisque principibus et maxima multitudine aliorum lacrimabilem sue legationis causam exponentes, ad crucis susceptionem tam imperatorem quam alios adhortati sunt. Sed cum nichil profecissent, statim eiusdem civitatis episcopus Heinricus nomine sancto afflatus spiritu tanta facundia et suavitate peroravit, quod fere omnium qui aderant mentes ad tam salubre iter accendit. Diu tamen cunctis hesitantibus et nullo crucem accipiente, quidam miles nomine Syfridus dives et strennuus de ministerialibus comitis Alberti de Tagesburch primus accessit et crucem ab episcopo sumpsit. Statim episcopo spiritum sanctum incepto: *Veni sancte Spiritus*[a] invitante, tanto studio et frequentia accesserunt, quod episcopus et multi alii clerici vix eis ad cruces tribuendas sufficere potuerunt. Quantum lacrimarum et gemituum ibi ab omnibus qui aderant prolatum sit, nullus sermo explicare valet, ita quod nec ipse imperator a lacrimis se abstinere *potuit. *p. 164.
Qui etiam eadem hora crucem accepisset, si non propter werram quae inter ipsum et episcopum Coloniensem

a) *verbis* veni sancte spiritus *neumata in codice eadem manu superscripta sunt.*

1) *Heinricus rex usque ad finem anni* 1187. *in Italia mansit. Gregorius illam epistolam ei misit quae inscribitur:* Heinrico illustri regi, electo Romanorum imperatori *(Jaffé-Löwenfeld Reg. pont. nr.* 16072; *LL. Constitut. I, p.* 586*).* 2) *Non Paulus episcopus Praenestinus (qui postea Clemens III. papa factus est), sed Heinricus cardinalis episcopus Albanensis ad crucem praedicandam legatus apostolicus missus est. Cf. Cartellieri, 'Philipp II. August' II, p.* 48 *sqq.* 3) *De hac curia cf. Historiam Peregrinorum (ed. Canisius-Basnage, Lectiones antiquae III,* 2, *p.* 502*) et Ansbertum (Fontes rerum Austriacarum, SS. V, p.* 12*).*

fuit[1] dimisisset. Multi ibi ex principibus crucem acce- 1187. perunt et fere quingenti milites exceptis aliis.

Eodem anno Gregorius papa obiit; cui Clemens *(Dec. 17).* successit.

Anno Domini MCLXXXVIII. Imperator curiam 1188. celebrem habuit Maguntie in media quadragesima, [ubi[a]] *Mart.* reconciliatus est episcopo Coloniensi Phylippo et cum magna devotione crucem assumpsit cum filio suo Friderico, duce Suevie, et aliis multis principibus et nobilibus.

Eodem anno supradicto apostolici legato predicante *(Ian.)* [rex[a]] Francie Philippus nomine et rex Anglie Richardus etiam cruces acceperunt.

Imperator habita [curia[a] Magun]tie, quando et quomodo [ir]ent[a], ibi disposuit, sed expedicionem ab eiusdem anni pascha usque ad [pascha[a] sequ]entis anni distulit. [Unde[a]] multi, qui iam parati erant, dolentes per mare ire disposue[runt[a]. Interim[b] imperator] legatos [ad[a] regem] Ungarie[2] et Grecie[3] et Iconii[c, 4] soldanum videlicet pro [preparanda[a] via et victualibus[d] misit. Qui omnes dir]ectis ad ipsum nunciis in omnibus se sibi obtemperaturos [mandaverunt[a], excepto[5] rege[b] Grecie[b], qui quandam condicionem] ab eo exegit, quam imperator promittere noluit, et eius legatos cum [quodam[a] . . . . . .[e] dimisit. Interim impera]tor, ne tot quod[f] prefato itineri sufficerent ipsum comi*tarentur, sollicitus, — nam **f. 141.* cognatus suus provincialis comes Lůdewicus de Tůringia et Colonienses et maxima cum illis multitudo propter quandam simultatem, et preterea fere omnes de partibus Ytalie et Tuscie non cum eo, sed navigio per mare ire disposuerant, — propter hoc inquam sollicitus, cum rege Francie tum per legatos tum in propria persona ad 1187. ipsum die constituta[6] veniens omnimodis, ut secum iret, *(Dec.)* laboravit, promittens sibi et omnibus quos in suo comitatu duceret sumptum et necessaria. Sed ille[g] propter

a) *voces et litteras deletas ex Boehmeri et Wilmansii editionibus suppl.* b) *ex coniectura Boehmeri.* c) *post* I *una littera erasa.* d) *ita Wilmans;* [et transitu] libero *Boehmer.* e) *spatium unius vocis, quam nec Boehmer nec Wilmans legere potuerunt.* f) *ita c.* g) illi *c.*

1) *Cf. Knipping, 'Reg. der Kölner Erzbischöfe' II, nr.* 1309. 2) *Belam III, ad quem Conradus archiepiscopus Moguntinus missus est.* 3) *Isaac Angelum.* 4) *Kilidsch Arslan.* 5) *Cf. v. Simson apud v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 206 *sq.* 686. 6) *Mense Decembri* 1187. *Ivodii Fridericus et Philippus rex convenerant; cf. Scheffer-Boichorst, 'Friedrichs I. letzter Streit' p.* 155; *Riezler in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' X, p.* 14; *Cartellieri, 'Philipp II. August' II, p.* 49 *sqq., ubi omnia quae ad iter sacrum regis Franciae spectant conferas.*

1188. werram quam cum rege Anglie habuit secum ire non ausus fuit, timens, ne, si ipse recederet, ille terras suas intrando regnum sibi destrueret. Verumtamen imperator divino fretus auxilio non eo minus propositum iter perficere acceleravit. Et rursum convocatis maioribus inter cetera tale edictum promulgavit, ut nullus iter illud arripere presumeret, exceptis servientibus et operariis, qui equitatura et argento quod sibi ad biennium pro emendis victualibus sufficeret careret[1].

1189. Anno Domini MCLXXXVIIII. In octava pasche,
Apr. 15. id est XVII. Kal. Maii, nostrates illud felicissimum iter arripuerunt, et imperator de Hagenowe se movit[2]. Cum quo hii quos solos novimus principes: filius suus, videlicet dux Suevie nomine[a] Fridericus, et dux Meranie Bertholdus, episcopus[b] Herbipolensis[3], episcopus Leodiensis[4], episcopus Basiliensis[5], episcopus Tullensis[6], episcopus Ratisponensis[7], episcopus Monasteriensis[8], episcopus Pataviensis[9] et frater eius[10], Missinensis[11], Frisingensis episcopus[12], marcgravio de Baden[13], marchio de Vrobruc[c, 14], comes de Dorenberch[15], comes Bertholdus de Nůwenburch[16], comes de Hollanden[17], comes de Nassowe[18] et episcopi et principes multi et nobiles iverunt. Dux vero Austrie Lůpoldus, propter werram quae inter regem Ungarie et ipsum erat[19] terram suam
1190. transire non audens[d], iter suum per Ytaliam versus mare
(Aug.) direxit. Quem insecuti sunt Bysuntinensis archiepiscopus[e, 20], comes Lůdewicus de Phyrrete et alii multi nobiles.

a) nōi *c.* b) Meranie Bertholdus ēps. Herbipolensis *c. distinguit.* c) *ita c. loco* Vohburch; *cf. infra n.* 14. d) audiens *c.* e) archi *eadem manu superscr.*

1) *Cf. Historiam Peregrinorum (ed. Canisius - Basnage III,* 2, *p.* 504*).* 2) *Die* 10—14. *mensis Aprilis imperator Hagenowe commoratus est; cf. Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 4514—4516. 3) *Godefridus de Helfenstein. W.* 4) *Rudolfus de Zaeringen. W.* 5) *Heinricus. W.* 6) *Petrus. W.* 7) *Conradus III. W.* 8) *Herimannus II. W.* 9) *Dietboldus. W.* 10) *Fortasse Manegoldus e gente comitum de Berg, qui a.* 1206. *episcopatum Pataviensem obtinuit.* 11) *Martinus. W.* 12) *Otto II, qui tamen postea domi remansit.* 13) *Herimannus IV.* 14) *Non de comite Herimanno de Froburg, sed de marchione Bertholdo II. de* Vohburc *cogitandum est. Cf. eundem errorem supra p.* 46, *n.* e. 15) *Conradus.* 16) *id est de Nimburg, Brisigauviae oppido.* 17) *Florentius.* 18) *Rupertus.* 19) *Contentio de finibus Styriae exorta erat; cf. etiam Huber, 'Gesch. Oesterreichs' I, p.* 274. 20) *Theodericus. W.*

Anno Domini MCXC.[a] Beate memorie Heinricus Argentinensis episcopus in annuntiatione sancte Marie, die pasche, ex hac luce migravit; cui Cůnradus successit. 1190. *Mart.* 25.

Eodem anno rex Francie et rex Anglie et comes Flandrie[1] mare transituri iter arripiunt. In quo itinere reges predicti obtinuerunt a rege Heinrico, ut conductum et pacem per omnes terras suas secure procedendo haberent et nichil de[b] suo ubiubi locorum lederent. Et rex Anglie precipue per suos principes iuravit, quod nusquam ei molestus esset. Quod mentitus est. Nam ipse veniens Messinam[2] civitatem vi cepit et multa mala civibus intulit. Unde timens Tancradus tyrannus, qui regnum Sycilie post mortem Wilhelmi Syculi, qui sine filiis obierat[3], per dolos et tyrannidem sibi usurpaverat, quod Heinrico Romanorum regi propter Constantiam uxorem suam iure debebatur, pactum nequam cum eo fecit et plurima dona auri et argenti, frumenti
*p. 165. et[c] vini sibi misit, *ne aliam partem Sycilie destrueret.

Eodem anno imperator et peregrini in Grecia hyemantes et partim estivantes civitates nobiles et castella optima quaedam Grecie ceperunt et Iconium soldani caput regni propter mentitam sibi fidem obtinuerunt viriliter expugnando usque ad ipsam arcem[4]. Postea paucis interiectis diebus, scilicet XV. Kal. Iunii[5], *Maii* 18.
divus imperator Fridericus obiit in quadam aqua quod *(Iun.* 10.*)*
vocatur Ferrum[6] submersus et Anthiochie sepelitur[7]. Sed filius eius Fridericus in loco eius dux exercitus constituitur. De morte vero imperatoris plurimum dolentes statim nacta oportunitate reverti ceperunt quam plurimi. Venientes tandem Antyochiam reliqui peregrini aliquandiu morati sunt ibi. Et princeps Antyochie[8] hominium fecit duci loco imperatoris Romani, iuramento et scripto privilegii confirmans semper se

a) XC *in loco raso.* b) de de *c.* c) et *eadem manu postea additum.*

1) *Philippus.* 2) *De Ricardo rege in Sicilia commorante cf. Gruhn, 'Der Kreuzzug Richards I.' p.* 27 *sqq. et Cartellieri, 'Philipp II. August' II, p.* 126 *sqq.* 3) *Die* 18. *Novembris a.* 1189. 4) *Die* 18. *Maii a.* 1190 (= XV. Kal. Iunii). 5) *Falso; Fridericus enim* IV. Id. Iunii *(die* 10. *Iunii) submersus est; annalista diem Iconii expugnati cum die mortis confudit (cf. n.* 4. *et v. Simson apud v. Giesebrecht l. l. VI, p.* 723*), nisi forte glossa* XV. Kal. Iunii *Annalibus Argentin. imperial. superscripta et diem expugnationis significans textui minus recte hic inserta sit.* 6) *De hoc nomine cf. Riezler in 'Forsch. zur Deutschen Gesch.' X, p.* 126, *n.* 4. 7) *De sepultura imperatoris cf. v. Simson apud v. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' VI, p.* 724. 8) *Boemundus III.*

*f. 141'. 1190. velle esse imperio Romano subiectum per *omnia. In
(Iul.) eadem civitate Godefridus Herbipolensis episcopus et
Hermannus marchio de Baden mortui[1], una die sepulti
(Nov.) sunt. Ipso anno Theodericus Bysuntinus archiepiscopus
in obsidione Acharon defunctus est. Mortuus est etiam
Heinricus Basiliensis episcopus, revertente eo in mari;
cui Lůtoldus in episcopatu successit. Multi nobiles et
pauperes eodem anno in peregrinatione moriebantur.

Eodem anno rex Heinricus cum exercitu in Ytaliam
profectus est tum pro imperiali consecratione, tum pro
regni Apulie susceptione.

1191. Anno Domini MCXCI. Clemens papa obiit; cui
(Mart.) Celestinus, qui et Iacinctus, successit, consecratus die
Apr. 14. 15. pasche, qui etiam imperatorem Heinricum secunda feria
pasche unanimi omnium Romanorum consensu consecravit.

(Ian. 20). Eodem anno Fridericus dux Alemannie in obsidione
Acharon obiit et in domo Theutonicorum sepultus; pro
1192. quo Cůnradus frater eius ducatum Suevie accepit[2].

1191. Ipso anno facta est eclypsis solis in vigilia Iohannis
Iun. 23. baptiste.

Eodem anno imperator Heinricus Neapolim civitatem Apulie obsederat, sed mortuis principibus, scilicet
(Aug. 13). archiepiscopo Coloniensi Phylippo et Ottone duce Boemie
(Aug. 9). et multis aliis, maximaque sui exercitus parte ipsoque
gravi infirmitate detento, cogitur ab obsidione recedere;
unde et Salernitani imperatricem Tancrado tyranno
tradunt. Phylippo itaque Coloniensi archiepiscopo defuncto, qui XXIIII annis cathedre preerat[3], Bruno sibi
successit; sed post breve tempus[4] episcopatum volun-
1193. tarie relinquens, Adolfus ei successit[5].

1191. Ipso anno Růdolfus Leodiensis episcopus ab obsidione Acharon reversus in Brisaugia defunctus est;
(Sept. 8). cui Albertus successit contra voluntatem imperatoris,
1192. qui etiam consecratur ab archiepiscopo Remensi, ubi
(Nov.) postea occisus est[6]. Item Lůdewicus provincialis comes

1) *Cf. Fester, 'Regesten der Markgrafen von Baden' nr.* 146. 2) *Mense Maio a.* 1192. 3) *Anno* 1167. *electus erat.* 4) *Post mensem Iunium anni* 1193. *episcopatum reliquit, cf. Knipping, 'Regesten der Kölner Erzbischöfe' II, nr.* 1458. 5) *Autumno anni* 1193. *Adolfus de Altena electus est.* 6) *Albertus de Brabant anno* 1192. *die* 20. *Septembris a Wilhelmo archiepiscopo Remensi consecratus, die* 24. *Novembris occisus est; cf. Vitam Alberti (SS. XXV, p.* 149 *sqq.).*

Tůringie ab expedicione reversus in mari defunctus est. 1190. (Oct. 16).
Item Pataviensis episcopus et multi nobiles in obsidione (Nov. 3).
Acharon defuncti sunt. Peregrini de Alsatia fere omnes 1191.
qui ibi erant egestate et peste cogente redeunt.

Prefata civitas a rege Francie et Anglie et duce (Iul. 12).
Austrie ad dedicionem coacta capitur. Unde rege
Francie et duce Austrie revertentibus, rex Anglie re-
mansit et postea accepta a Sarracenis pecunia Ascalo- 1192.
nam civitatem nobilissimam devastandam tradidit[1], et (Sept.)
postea rediit. In quo regressu vento impellente navim
versus Venetiam, eiectus est cum paucis ad litus maris.
Quem persecutus comes Engelhardus[2] et cum eo pugna
congressus, multis ex parte regis captis vel occisis, ipse
fuga lapsus et vulneratus in Stirensem marchiam de-
venit. Nichilominus et ibidem insecutus a quodam
ministeriali Salzburgensis ęcclesie Friderico de Betŏwe,
ipse fugiens Austriam cum sex tantum comitibus in-
travit. Ibi captus in parvo tuguriolo prope civitatem (Dec. 21).
Wiene, a duce Lůpoldo in castro Dirinstein aliquantis
diebus reclusus, postea[3] traditus est Heinrico imperatori. 1193. (Mart.)
Quo in captivitate detento per annum et amplius, dum
libertatem in patriam redeundi obtinuisset per pecuniam,
scilicet CL milia marcarum, ipse liber et absolutus 1194. (Febr.)
absque omni coactione homo[a] factus est imperii Romani,
tota terra sua Anglia et aliis terris propriis imperatori
datis et ab eo in beneficio receptis[4].

Anno Domini MCXCII. Imperator exercitum cum 1192.
Bertholdo de Kůnegesberch[5] in Apuliam misit, [ubi[b]]
interfectus est. 1193.

a) homo *atramento paulo nigriore superscr.* b) *ita vocem nunc deletam supplevi;* qui ibi *Wilmans coniecit,* ubi etiam *Boehmer.*

1) *Die* 1. *Septembris a.* 1192. *pactum initum est; die* 9. *Octobris Ricardus Terram Sanctam deseruit.* 2) *Annalista comites Meginhardum II. et Engelbertum III. de Gorizia in unum confudisse videtur; ceterum de pugna inter eos et Ricardum regem inita alibi nihil traditur.* 3) *Spirae, mense Martio a.* 1193. 4) *Mense Februario anni* 1194. *in curia Moguntina Ricardus hominio praestito absolutus est; cf. Bloch, 'Forschungen zur Politik Heinrichs VI.' p.* 76. 5) *Hunc Bertholdum legatum Italiae et comitem Tusciae (cf. Ficker, 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens' II, p.* 143. 219, *ubi etiam de fratribus Anselmo et Burchardo agitur) Ansbertus (Fontes rerum Austriac., SS. V, p.* 17*) inter Sueviae et Alsatiae nobiles nominat. Fratres eius Anselmum et Burcardum* de Kunigesberc *in tabula monasterii Hohenburgensis anni* 1189. *repperimus (Pfister, 'Le duché mérovingien d'Alsace' p.* 170, *n.* 10*); unde*

1192. Eodem anno Cůnradus Argentinensis capitur a
quibusdam ministerialibus eiusdem civitatis.
1192. *Anno Domini MCXCIII. Adelbertus Leodiensis *p. 166.
(Nov. 24). episcopus occisus est fraudulenter a quibusdam fidelibus
imperatoris[1].
1193. Anno Domini MCXCIIII. Facta est coniuratio
*f. 142. valida adversus imperatorem, *antequam iret secundo in
Syciliam, per orientales Saxones et inferioris terre principes et per episcopos Maguntinum et Coloniensem; quam sedicionem imperator contra omnium opinionem facillime sedavit[2].
1194. (Febr. 20). Eodem anno Tancradus, qui Apuliam per invasionem obtinuit, obiit, et filius suus maior[a, 3]. Huic desponsata fuit filia Constantinopolitani imperatoris, quam postea apud Palermum inventam Heinricus imperator fratri suo Phylippo uxorem tradidit[4].

Ipso anno imperator commendans se orationibus religiosorum ubique et statuens pro ipso fieri missas et orationes, collectis undique copiis militum, ipse cum
Maii 12. imperatrice IIII. Idus Maii[5] a Trivels castro suo iter
cepit in Apuliam, eam recepturus. Procedente vero [veris[b]] tempore imperatore in Lonbardiam, pentecosten
Maii 29. celebravit Mediolani gloriose, ubi occurrerunt ei nuncii
Leonis de Montania[6], qui petebat ab eo exaltari in regnum in terra sua, disponens se semper esse subiectum imperio Romano. Ipsi quoque legati petebant se inbeneficiari ab imperatore beneficiis raris et prius in-

a) maior. Huic *sine lacuna c.* b) *deest c.; suppl.*

patet nobiles illos ministeriales imperii nomen suum de castello Alsatiae inferioris apud S. Hyppolitum sito accepisse, quod hodie 'Hohkoenigsburg' vocamus. — Bertholdus autumno anni 1193. *cecidit (cf. Toeche, 'Heinrich VI.' p.* 322*).* 1) *Iam anno* 1192. *occisus est; cf. supra p.* 62, *n.* 6. *et Bloch, 'Forschungen' p.* 22. — *Hugo de Wormatia,* quem Lotharingiae dudum praefecerat imperator, *criminis accusatur (cf. Vitam Alberti).* 2) *Quae hic narrantur ad coniurationem anno* 1193. *factam spectant; cf. Bloch, 'Forschungen' p.* 48. *Sane Conradus archiepiscopus Moguntinus demum mense Ianuario anni* 1194. *Heinrico reconciliatus esse videtur; cf. ibidem p.* 66. 3) *Filius Rogerius ante patrem suum die* 20. *Februarii defunctum obiit.* 4) *Irene filia Isaci Angeli — a Teutonicis postea Maria nominata — Rogerio anno* 1193. *nupserat; cf. Ottendorf, 'Regierung der beiden letzten Normannenkönige' p.* 44; *mense Decembri anni* 1194. *Philippo desponsata est; nuptiae pentecoste anni* 1197. *celebratae sunt.* 5) *Cf. diplomata in castro Trivels data (Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 4859—4861. *de a.* 1194. *Maii* 9*).* 6) *Leonis II. regis Armeniae, qui mense Ianuario anni* 1198. *a Conrado Moguntino archiepiscopo nomine imperii coronatus est.*

auditis sitis in locis Syrie qui vocantur Ad plumbeam 1194.
turrim. Quod et factum est. Deinde processum est
ab exercitu per Lonbardiam et Tusciam, imperatore
tendente versus Ianuam et Pisam cum paucis ad in-
staurandas galeas cum hominibus et militibus multis per
mare. Eodem anno imperator Salernum vi cepit et *(Sept. 17).*
Palermum sedem regni Sycilie dominica qua cantatur
Dicit Dominus ego cogito[1] cum magna gloria intravit et *Nov. 20.*
ibidem in nativitate Domini curiam in eiusdem civitatis
palatio cum maxima leticia celebravit.

Anno Domini MCXCV. Imperator, tota Apulia et 1195.
Sycilia nec non Calabria cum summa prosperitate[a] et
sine aliquo dampno in suam iurisdictionem redacta[b]
cum magna quantitate auri et argenti, cum multis
pannis preciosis de serico, capta uxore Tancradi[2] et
episcopo Salernitano[3] et X aliis eiusdem terre comiti-
bus[4] et maioribus — inter quos erat quidam pyrata pre-
cipuus dictus Margarita[5], qui etiam diviciis et potentia
comites anteibat —, qui omnes in terra Teutonica per
diversa loca positi sunt in artissima custodia[6], filium
quoque predicti Tancradi[7] cum tribus sororibus suis[8]
captivum adduxit.

Eodem anno in parasceue apud Varum imperator *Mart. 31.*
crucem secreto, tribus tantum ex capellanis suis pre-
sentibus, ab episcopo Sůtrensi accepit. Et in die pasche *April. 2.*
expeditionem Ierosolimitanam publice predicari fecit; et
ab apostolico impetravit, quod duos cardinales, Petrum
scilicet Placentinum[9] et Iohannem Salernitanum[c, 10], in
Alemanniam dirigeret predicare. Quod et fecerunt.
Nam Petrus in Germania, Iohannes in Saxonia et

a) p *in loco raso.* b) redacta est et *c.; est et librarii errore addita esse Wilmans recte intellexit.* c) Sasernitanum *c.*

1) *Hunc missae introitum in diocesi Argentinensi ultima dominica ante primum adventum dominicum cantari Boehmer (Fontes III, p.* 88*) ex missali Argentinensi (Hagenoviae* 1520*) recognovit.* 2) *Sibilla regina cum primatibus regni Siciliae post coniurationem contra Heinricum factam capta est; cf. Ottendorf, 'Die Regierung der beiden letzten Normannenkönige' p.* 56 *sqq.* 3) *Nicolao archiepiscopo.* 4) *Cf. nomina captivorum apud Toeche, 'Heinrich VI.' p.* 574. 5) *Classis Siculae praefectus.* 6) *Cf. Toeche l. c. p.* 345. 7) *Wilhelmum, qui captivus paucis post annis mortuus est.* 8) *Cum Sibilla uxore filiae Tancredi in monasterium Alsatiae inferioris Hohenburg dictum adductae sunt; cf. Ottonis Chronici Continuationem Sanblasianam c.* 41 *(SS. XX, p.* 326*).* 9) *Cardinalem presbyterum tituli s. Caeciliae.* 10) *Cardinalem presbyterum tituli s. Stephani in monte Caelio.*

1195. Bawaria et aliis circumiacentibus provinciis instanter predicabat. Itaque imperator ad Theutonicas terras *Iun. 24.* circa festum beati Iohannis baptiste rediit et magno studio principes quoscumque potuit, ut crucem acciperent, instigavit et suum auxilium eis promisit. Igitur fere omnes officiales et capellani sui signati sunt. Colloquio ergo generali imperatore apud Gelenhûsen cum principibus de Saxonia[a] et Turingia habito ante festum *Nov. 1.* omnium sanctorum, principes fere omnes earundem provinciarum crucem predicante Iohanne cardinali assumpserunt. Postea vero predicante Petro cardinali in festo *Dec. 6.* sancti Nicolai apud Wormatiam, alii principes et proceres tocius Alemannie fere omnes aliis et aliis locis et temporibus cruces sibi assumpserunt; quorum ista sunt nomina: Cunradus Maguntinus episcopus, Bremensis archiepiscopus[1], episcopus Halberstatensis[b,2], episcopus Werdensis[3], episcopus Hildensheimensis[4], qui et cancellarius, episcopus Monasteriensis[5], episcopus Zicensis[6], episcopus Ratisponensis[7], episcopus Pataviensis[8], episcopus Bragensis[9], qui et dux Boemiorum, Manegoldus abbas de Taegernse, dux Meranie[10] et filius suus, dux *f. 142'. *Austrie[11], dux Karintie[12], dux Lovanie[13], filius ducis de Lintburch[14], palatinus comes Rheni[15], provincialis comes Turingie[16], marchio Brandenburgensis[17] et frater eius[18], marchio Landesbergensis[19] et frater eius[20], marchio Missensis[21], filius provincialis comitis de Habesburch[22], *comes de Ôtingen[23], comes de Bogen[24], comes *p. 167. de Ortenberc[25], comes de Scowenburch[26], comes de Quernvurte[27], comes de Mannesvelt[28], comes de Lûterberc[29], comes de Kevernberc cum duobus filiis[30], duo

a) Saxoni *c.* b) Habberstatensis *c.*

1) *Hartwicus II. W.* 2) *Gardolfus. W.* 3) *Rudolfus. W.* 4) *Conradus I. tunc Hildesheimensis electus erat. W.* 5) *Hermannus II. W.* 6) *Bertholdus II. W.* 7) *Conradus III. W.* 8) *Wolfgerus. W.* 9) *Heinricus. W.* 10) *Bertholdus et filius Otto.* 11) *Fridericus.* 12) *Udalricus.* 13) *Heinricus dux Brabantiae.* 14) *Walramus filius Heinrici de Lintburch.* 15) *Heinricus.* 16) *Herimannus.* 17) *Otto.* 18) *Adalbertus comes de Arneburg.* 19) *Conradus.* 20) *Dietericus comes de Groiz.* 21) *Post mortem Adalberti marchionis die* 21. *Iunii anno* 1195. *imperator marchiam Misnensem sibi retinuit. Annalista certe Adalberti fratrem Dietericum, comitem de Weissenfels, significat, qui demum a Philippo rege aestate anni* 1198. *beneficium marchiae accepit.* 22) *Rudolfus II, filius Adalberti III.* 23) *Ludovicus.* 24) *Adalbertus.* 25) *Otto.* 26) *Adolfus III.* 27) *Gebhardus burcgravius Magdeburgensis.* 28) *Burchardus.* 29) *Burchardus.* 30) *Gunterus cum filiis Heinrico de Schwarzburg et Guntero.*

filii comitis de Dunna[1], comes de Bichelingen et frater suus[2], comes de Bilstein[3], comes de Wartenberc[4], comes [de[a]] Wertheim[5]. Aliorum vero principum, comitum, baronum et nobilium, quorum nomina supersedimus inscribere, plurimi erant qui cum maxima hominum multitudine clericorum et laicorum signati sunt. 1195.

His ergo ita gestis legati de Cypro quidam[6] venerunt in mandatis habentes, ut optinerent ab imperatore, quod aliquos ex latere imperiali dirigeret archiepiscopos, qui regem Cypri[7] ungerent in regnum, quia ipse semper vellet homo imperii esse Romani. Quod ita factum est. Nam imperator direxit a latere suo fideles et amicos archiepiscopos duos cum eisdem legatis, dans eis sceptrum in signum rei geste, scilicet Tranensem[8] et Brundisinum[9]. Qui procedentes omnia sibi iniuncta fidelissime executi sunt[10].

Interim imperator laborabat, quod principes filium 1196?
suum[11], qui iam erat duorum annorum, eligerent in regem et hoc iuramento firmarent[12]; quod fere omnes, preter episcopum Coloniensem[13], singillatim se facturos promiserunt. Quod si factum esset, ipse etiam crucem manifeste, sicut dicebatur, accepisset. Unde cum ad curiam[14] vocati venissent, quod promiserant non fece-

a) *deest c.*

1) *Lambertus et Ernestus, filii Erwini comitis.* 2) *Dietericus et Fridericus, filii Friderici comitis?* 3) *Nescio quis ex familia comitum.* 4) *Ludovicus.* 5) *Poppo.* 6) *Reynerius de Giblet cum quibusdam comitibus.* 7) *Amalricum de Lusignan. W.* 8) *Samarum.* 9) *Petrum.* 10) *Mense Maio anni* 1196. *legati redierunt; cf. Toeche, 'Heinrich VI.'* p. 391 *sq. — Amalricus anno* 1197. *Nicosiae a Conrado episcopo Hildesheimensi coronatur. W.* 11) *Constantinus — qui postea mutato nomine Fridericus vocabatur — die* 26. *Decembris anni* 1194. *natus erat.* 12) *Toeche, 'Heinrich VI.'* p. 591, *hoc loco nisus imperatorem consilia filii electionis et regni hereditarii simul iniisse credidit. Annon annalista noster in unum confudit, quae Heinricus ab autumno anni* 1195. *de regno hereditario ordinando et ab aestate anni* 1196. *de filio eligendo aggressus sit? I. Ficker in clarissima sua dissertatione 'De Heinrici VI. conatu electiciam regum . . successionem in hereditariam mutandi' hunc locum annalium nostrorum ad annum* 1195. *omnino non novit. Anni sequentis relationem Böhmer cum eo communicavit.* 13) *Adolfus archiepiscopus demum mense Augusto a.* 1197. *electioni Friderici adhaesit; cf. Knipping, 'Regesten der Kölner Erzbischöfe' II, nr.* 1498. 1504. 1521. 14) *Mense Decembri anni* 1195. *Heinricus curiam Wormatiae celebravit, ubi principibus primo regni hereditarii rationem patefecit; qui aderant se imperatoris consilia in curia Herbipolim convocanda adiuturos esse promiserunt. Non facile crediderim relationem annalistae nostri ad ipsam eandemque curiam Wormatiensem*

1196? runt. Unde etiam ipse remissius quam prius de expeditione cepit tractare.

1195. Eodem anno Hamideus comes de Monte Biligardis occisus est ab Ottone fratre imperatoris[1].

1196. Anno Domini MCXCVI. Imperator habuit curiam
c. Mart. 31. Herbipolis circa mediam quadragesimam, in qua plurimi signum dominice crucis acceperunt. Ad eandem curiam[2] imperator novum et inauditum decretum Romano regno voluit cum principibus confirmare, ut in Romanum regnum, sicut in Francie[a] vel ceteris regnis, iure hereditario reges sibi succederent; in quo principes qui aderant assensum ei prebuerunt et sigillis suis confirmaverunt[3].

c. Iun. 24. Ipso anno imperator circa festum beati Iohannis baptiste cum paucis in Apuliam iter arripuit[4]; unde etiam in Ytalia magnum est passus contemptum. Interim missis legatis suis, imperator cepit cum apostolico de concordia agere volens, quod filium suum baptizaret — nondum enim baptizatus erat — et quod in regem ungeret[5]. Quod si fecisset, crucem ab eo aperte, ut putabatur, accepisset. Ipso tempore frater imperatoris
(Aug. 15). Cunradus, dux Suevie, obiit; et Philippus frater eius ducatum accepit. Itaque imperatore apud urbem Tybur-
(Nov.) tinam per tres ebdomadas expectante, missis ab utraque parte sepius nunciis et apostolico ab imperatore preciosis xeniis transmissis, et cum res, ut imperator voluit, effectum habere non potuit, iter cum magna indignatione
(Dec.) versus Syciliam movit[6].

a) *ita c.*

respicere. Immo quae supra narrantur optime conventui Erfordensi autumno a. 1196. *habito conveniunt, ubi spes imperatoris ad irritum redacta est; cf. Cronicam Reinhardsbrunnensem (SS. XXX, p.* 557*).*
1) *Comite palatino Burgundiae.* 2) *Errat noster, cum iam antea Wormatiae de eodem decreto tractatum sit; cf. p.* 67, *n.* 14. 3) *Cf. Cronicam Reinhardsbrunnensem (SS. XXX, p.* 556*).* 4) *Imperator die* 26. *Iunii in Alsatiae inferioris oppido Ehenheim superiore dicto commoratus est (cf. Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 5009 *sqq.).* 5) *Eodem tempore Heinricus cum principibus Germaniae per legatos Erfordiae de filio in regem Germaniae eligendo, cum Coelestino papa ipse in confinio Romae de unctione eius tractavit. Toeche, 'Heinrich VI.' p.* 436 *et Hauck, 'Kirchengeschichte' IV, p.* 678, *non recte de filio in regem Germaniae ungendo cogitaverunt; apud me constat Heinricum id solum studuisse, ut Fridericus puer a papa in imperatorem ungeretur (cf. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' p.* 5*).* 6) *Heinrici diplomata imperatorem die* 3. *Novembris Spoleti, die* 16. *Tiburi, die* 27. *Palestrinae, die* 2. *Decembris Ferentini in confiniis Romae (Stumpf l. c. Reg.* 5048—5052*) moratum esse demonstrant. Die* 18. *Decembris Capuae erat.*

Interea in Theutonicis partibus, mediantibus Cunrado Maguntino archiepiscopo et duce Suevie Philippo, omnes fere principes prestito iuramento filium imperatoris in regem elegerunt[1]. 1196.

Eodem anno facta est maxima werra inter Cunradum episcopum Argentinensem et comitem Ottonem, propter quam tota Alsatia per IIII continuos annos vastata est.

Ipso anno facta est expeditio Iherosolimitana IIII. circa nativitatem Domini a supra[2] nominatis principi[bus[a], c. Dec. 25. qui omnes per] Ytaliam versus mare iter suum direxerunt.

Anno Domini MCXCVII. Imperatore in [Sycilia[a] 1197. exi]stente, imperatrix, sicut dicebatur, simultate inter ipsos exorta coniurationem ad[versus[a] imperatorem ab omni]bus Apulie et Sycilie[b] civitatibus et castellis fieri effecit[3], consciis, *ut fertur, Lonbardis et Romanis, ipso *f. 143. etiam, si fas est credi, apostolico Celestino; quibusdam etiam Theutonicis, qui tunc secum erant et ad imperatorem ire volebant, dissuasit[4], ne irent. Igitur dum imperator in quadam silva propter venationem maneret, coniuratores, rege[5] inter eos occulte constituto et multitudine maxima circa XXX armatorum milia collecta, ipsum omnesque suos huius rei ignaros perimere statuerunt. Quod et fecissent, nisi prius imperator a coniurationis conscio premonitus Messinam civitatem, ubi tunc (Maio). dapifer suus Marquardus[6] manebat, confugisset[c]. Qui etiam Marquardus cum Heinrico marscalco[7], coadunatis paucis tam de suis quam de peregrinis, quos conduxerant, cum inimicis congressi[8] fere[d] omnes ceciderunt et regem ipsorum cum aliis quibusdam eiusdem factionis auctoribus vivos ceperunt; quos imperator miserabiliter *cruciari
*p. 168. precepit. Nam regem[e], presente imperatrice et vidente, coronam clavis ferreis capiti eius affigi iussit et alios

a) *ita Boehmer et Wilmans.* b) Sycile *c.* c) g *ex corr.* d) fece *c.* e) *ita c.*

1) *Francofurti, anno* 1196. *exeunte.* 2) *Cf. p.* 66. 3) *Hanc coniurationem mense Maio exortam esse post Scheffer-Boichorst et Ottendorf, 'Die Regierung der letzten beiden Normannenkönige' p.* 64. *ostendit Caro, 'Die Beziehungen Heinrichs VI. zur römischen Kurie' p.* 55. 4) *Scilicet papa, non Constantia, ut Toeche, 'Heinrich VI.' p.* 453. *censuit. Coelestinum coniurationis conscium non fuisse Leineweber, 'Studien zur Geschichte Papst Coelestins III.' p.* 60. *non probavisse mihi videtur.* 5) *Ryccardus de Sancto Germano ad a.* 1197 *(SS. XIX, p.* 329*) eum Guilielmum Monachum, castellanum Castri Iohannis, nominat.* 6) *Marquardus ille de Anweiler. W.* 7) *De Kalendin.* 8) *Cf. Arnoldi Chronicon V, c.* 26 *(SS. XXI, p.* 283*) et Ansbertum (Fontes rer. Austr. SS. V, p.* 90*).*

1197. igne cremari, quosdam in mare mergi iussit[1]. Proinde maximam adversum se invidiam tam ab incolis quam ab aliis qui hec perceperunt excitavit.

Aug. Postea circa Augustum, cum in quodam nemore[2], in quo fontes erant frigidissimi, venationis delectaretur exercicio, in quo etiam maximus calor per diem et tale frigus, quod terram gelu et bruma constringeret[a], fuit per noctem, quadam nocte tactus frigore circa festum *c. Aug. 6.* beati Syxti cepit infirmari. Quam ob rem iussit se usque Messinam civitatem, quae duabus ab illo distabat dietis, deferri, ubi dyarria infirmitate laborans, circa festum beati Michaelis melius[b] habens, Palermum ire proposuit. Cumque fere omnis familia sua cum omni subpellectili sua transfretasset, recidivam[c] infirmitatem incidit et in *Sept. 28.* bona confessione et cordis contricione pridie ante prefatum festum de hoc seculo migravit. Et totus orbis in morte ipsius conturbatus fuit, quia multa mala et gwerre surrexerunt, ⌜quae[d] postea longo tempore duraverunt⌝.

Eodem anno cum treuge inter comitem Ottonem et episcopum Argentinensem eorumque fautores essent date, Otto comitem Ulricum de Phirrete in colloquio quodam, in quo de concordia pacis et societatis inter eos tracta- *Sept. 27.* batur, dolo et per insidias pridie ante mortem imperatoris occidit; de qua re non solum inimicis, verum etiam quibusdam ex amicis odibilis fuit. Comperta itaque morte imperatoris, episcopus Argentinensis et Albertus comes de Tagesburch, qui prius erant inimici, reconciliati sunt; et tam ipsi quam dux Bertholdus de Zeringen et Lůtoldus episcopus Basiliensis et multi comites contra eum[3] conspirationem facientes, non tantum ipsum et suos, sed etiam homines imperatoris invadere et omnia incendio et rapinis devastare ceperunt. Inter multa etiam mala, quae contra comitem Ottonem moliti sunt, advocatiam eius Vallem Sancti Gregorii[4], que quasi inexpugnabilis esse videbatur et nunquam ab aliquo impugnata, ab ipsis facillime est capta; ac distractis

a) tring *in loco raso.* b) *ita c.; Wilmans* se melius *emend.* c) recidivivam *c.* d) q̊ *ex corr. — De hoc additamento Neoburgensi cf. commentarium.*

1) *Cf. de punitione coniuratorum Toeche l. c. p.* 580. *et Caro l. c. p.* 68 *sqq.* 2) *Apud Linariam; cf. Stumpf, 'Reichskanzler' Reg.* 5071 *sqq.* 5077. 3) *Scil. Ottonem comitem Burgundiae. W. Cf. Chron. Ebersheimense c.* 35 *(SS. XXIII, p.* 448*) et Translationem s. Adelphi c.* 27 *(SS. XV, p.* 296*) de proeliis Alsatiensibus.* 4) *De hac advocatia cf. Meister, 'Die Hohenstaufen in Elsass' p.* 75 *sqq. et Niese, 'Die Verwaltung des Reichsguts im* 13. *Jh.' p.* 13 *sq.*

ibi rebus, in Columbaria, Slezistat, Ehenheim, Rodes- 1197.
heim et aliis multis villis et vicis tyrannidis sue dominium exercuerunt. Homines vero ac possessiones imperatoris, nullum habentes defensorem, in omnibus terris ab omnibus diripiebantur. Nam frater eius Phylippus, dux Suevie, dum ab eo adhuc convocatus iter arripiendo iuxta Romam[1] venisset, comperta ipsius morte redire cepit; sed falso rumore a quibusdam captus et excoriatus, ab [aliis[a]] infirmari dicebatur.

Eodem anno apparuit cometa[b]. Ipso quoque anno facta est fames tam valida in Alsatia, quod passim per campos et vicos gregatim mortui fame inveniebantur. Nam mensura quae vulgo burcvirteil[2] dicitur marca argenti vendebatur.

In[c] eodem anno Celes[tinus[a] papa obiit; cui] *Inno- *f. 143'. 1198.
centius successit. (Ian. 8).

Anno Domini MCXCVIII. Dux Suevie contra 1198.
opinionem et etiam contra multorum veniens voluntatem, cum maximam ubique et precipue in Alsatia werram
invenisset, treugam inter episcopum et suos fautores et 1197.
inter fratrem suum Ottonem fecit[3], etiam iam ad regnum aspirans. Et cum episcopo Argentinensi cepit agere, quatinus sibi fideliter assisteret, promittens[4] sibi omnia a patre et fratre suo ablata restituere et quicquid in suo episcopatu haberet sue dispositioni subicere, regnum tamen non sibi, sed filio[5] fratris sui, qui etiam ad hoc, sicut superius diximus[6], a principibus fere omnibus electus fuerat, nomine et tutele se velle servare[7]. Quod
cum episcopus, ut dicebatur, acceptasset et die statuto[8] (Dec. 25).
Hagenowe ad ducem venire debuisset, acceptis litteris

a) *ita Böhmer et Wilmans.* b) id est stella *manu eadem superscr. c.* c) *cur hanc notitiam Continuationi Hohenburgensi attribuere malim, in commentario exposui.*

1) *In Tuscia ad Montem Falconis iuxta Viterbum mors imperatoris Philippo nunciata est; cf. Böhmer-Ficker, Regesta imperii V, nr.* 14[a]. 2) *De hac mensura adhuc nihil constat.* 3) *Haec treuga iam anno* 1197. *exeunte facta est; cf. Böhmer-Ficker l. c. nr.* 14[c]. 4) *De qua promissione cf. Fritz, 'Das Territorium des Bistums Strassburg' p.* 60. 5) *Scilicet Friderico II.* 6) *Cf. supra p.* 69, *l.* 3. *ad a.* 1196. 7) *De omnibus quae ad electiones a.* 1198. *spectant cf. Maurenbrecher, 'Geschichte der deutschen Königswahlen' p.* 182 *sqq.; Seeliger in 'Mitteil. des Instituts für österreich. Geschichtsforschung' XVI, p.* 60 *sqq.* 80 *sqq.; Krammer, 'Wahl und Einsetzung des Deutschen Königs' p.* 41 *sqq.* 8) *Certe circa natalem Domini a.* 1197, *quem Philippus Hagenowe celebravit. Falso Chron. Urspergense Conradum episcopum illuc se contulisse narrat; cf. Böhmer-Ficker l. c. nr.* 14[c. d].

1197. archiepiscoporum Coloniensis[1] et Treverensis[2], quorum unius iuris est regem inungere, alterius vero, id est Treverensis, eum Aquisgrani in sedem regni locare[3], ad ipsos quantocius festinavit. Ad quos cum venisset[4], *(Mart. in.)* terminum in media quadragesima[5] Colonie de eligendo rege constituerunt postulantes, quod Bertoldum ducem de Zeiringen Argentinensis episcopus secum adduceret. Nam per famam iam de eo divulgatum erat, quod ipsum vellet eligere.

1198. *(Mart.)* Die igitur statuto Colonie convenientes inferiores principes predictum ducem in regem elegerunt[6], tali conditione adiecta, quod prefatis archiepiscopis[a] mille et DCC marcas argenti dare deberet. Quod cum illi relatum esset, recusavit regnum accipere et pecuniam dare, dicens se nolle regnum precio emere. Tandem precibus suorum et precipue minis Argentinensis episcopi et comitis de Tagesburc devictus, datis obsidibus de solvenda pecunia, promisit se certo die venturum et quod promiserat facturum. Postea penitentia ductus ad diem statutum non venit[7], cognoscens iam ducem *Suevorum *p. 169. ad regni gubernacula sibi contrarium, asserens, nisi unanimiter ab omnibus principibus eligatur, numquam per eum scisma in regno fore oriundum. Tandem mediantibus episcopo Constantiensi[8] et comite palatino de Tůwingen[9] et quibusdam aliis cum duce Suevie reconciliatus est[10], resignans electionem sibi factam tali pacto, quod regnum et advocatiam[b] Scafhůsen sibi in

a) archi *eadem manu superscr.* b) regni *aut* regalem advocatiam *emendandum esse praeter necessitatem censuit Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' p. 72, n. 3.*

1) *Adolfi de Altena; de quo nuper egit Wolfschläger, 'Erzbischof Adolf I. von Köln als Fürst und Politiker'.* 2) *Iohannis, cuius rei gerendae rationes Rosbach, 'Die Reichspolitik der Trierischen Erzbischöfe' exposuit.* 3) *Cf. Ottonis Frising. Chronici Contin. Sanblasiana c.* 46 *(SS. XX, p.* 329*):* a Coloniensi episcopo cooperante Treverensi, qui ad hoc specialiter privilegiati sunt, in regem unctus. *De praerogativa Trevirensis archiepiscopi cf. Waitz, 'Verfassungsgeschichte' VI², p.* 211. 4) *Andernacum anno* 1197. *exeunte; cf. Knipping, 'Regesten der Kölner Erzbischöfe' II, nr.* 1532. 5) *Tempus medii ieiunii, mense Martio ineunte, hic significatur.* 6) *Coloniae iam non sollemnis electio celebrata est; sed principes* Bertolfo duci Cerugie fidem fecerunt, quod ipse repatrians exercitum secum duceret et statuto sibi die Anternacum rediret, eum ibi remota omni dubitatione regem crearent *(Cron. reg. Colon. ad a.* 1198, *ed. Waitz p.* 163*).* 7) *Andernaci mense Martio exeunte principes Bertholdum ducem frustra exspectaverunt; cf. Böhmer-Ficker, Reg. imperii V, nr.* 198ᵃ. 8) *Diethelmo de Krenkingen; cf. Ladewig, 'Regesten der Konstanzer Bischöfe' nr.* 1152. 9) *Rudolfo. W.* 10) *Cf. Heyck, 'Geschichte der Herzoge von Zähringen' p.* 448. 499.

beneficio concederet et castrum Brisache, quod fratris 1198. sui Ottonis fuit, destrui facere deberet vel pro castro trium milium marcarum sibi debitor esset, et hoc ut fieret, iam dictos mediatores obsides daret; quos et dedit. Ipse vero hominium sibi faciens, consilium et auxilium pro regni retentione sibi laturum promisit. Nam dum prefati principes Colonie eundem Bertholdum *(Mart.)* eligerent, Phylippus apud Frankenvûrt[1] de aliis principibus electus fuit.

Multis ergo letantibus et pacem sperantibus, rursus principes qui Bertholdum elegerant filium Heinrici quondam ducis Saxonie et ex sorore Richardi regis Anglie[2] nomine Ottonem, qui comes fuit Pictavie[3], regem fecerunt atque Colonie[4] eum in regem unxerunt. *(Iun.)* Audiens autem Phylippus regis Ottonis electionem CCC milites cum multis aliis scutiferis Aquisgrani misit, ut et regem Ottonem ab ingressu civitatis arcerent et sibi civitatem et sedem regni servarent. Sed Otto rex cum suis adiutoribus ipsam civitatem obsedit et in tempore messis[5] cepit atque in sede regni triduo sedit[6] ipsam- *(Iul.)* que civitatem fidelibus suis custodiendam commisit.

Interim Phylippus exercitum colligens Alsaciam peciit, omne frumentum in messe pessumdedit, Mollesheim expugnando cremavit, solo cimiterio in deditionem recepto, Haldenburc presidium cepit, cymiterium Epiaci confregit omnesque homines Argentinensis episcopi et comitis de Tagesburc, qui erant assentanei Ottonis regis, et totam inferiorem *Alsaciam incendio et rapina **f. 144.* vastavit[7].

Inde procedens curiam Maguntie cum suis fautoribus in assumptione beate Marie habuit, ubi a pluribus *Aug. 15.* principibus sollempniter electus[8] a Treverensi archi-

1) *Falso; sollemnis Philippi electio die* 8. *Martii in oppido Thuringiae Mulnhusin facta est.* 2) *Mathilda nomine; nota, quod in his Annalibus nulla mentio genealogiae fit quam chronista supra p.* 47 *sq. ad a.* 1152. *addidit.* 3) *Otto anno* 1196. *ab avunculo suo Richardo rege comitatum Pictaviae accepit; cf. Böhmer - Ficker nr.* 185[1]. 4) *Coloniae die* 9. *Iunii Otto sollemniter electus, non inunctus est.* 5) *Die* 10. *Iulii; cf. Böhmer - Ficker nr.* 198[h]. 6) *Die* 12. *Iulii Otto Aquisgrani coronatus est.* 7) *Cf. Chron. Ursperg. (SS. XXIII, p.* 368*); Chron. Ebersheim. c.* 35 *(SS. XXIII, p.* 448*).* 8) *De hac electione cf. Rodenberg, 'Ueber wiederholte deutsche Königswahlen im* 13. *Jh.' (Gierke, 'Untersuchungen zur Deutschen Rechtsgeschichte' XXVIII) p.* 13. — *Alii fontes rectius* nativitatem b. Mariae *diem coronationis indicant; cf. Böhmer - Ficker nr.* 19[a].

1198. (Sept.) episcopo[a], qui iam relicto alio etiam hunc elegerat, una cum Tharetano archiepiscopo[1], qui loco[a] Maguntini archiepiscopi[2] accitus erat, inunctus est. Ad eandem curiam Phylippus rex Othacorum ducem Boemie regem fecit, datis sibi et uxori[3] sue coronis.

(Nov. 28). In ipso tempore Constantia imperatrix[b] in Sycilia defuncta est; et filius eius Fridericus post multos labores ibidem cepit regnare[4].

1199. Anno Domini MCXCVIIII. Rex Phylippus iterum
Iul. collecto exercitu tempore messis Alsaciam peciit et omne frumentum pessumdedit, adversas domos Růbaco confregit, multa presidia Argentinensis episcopi et comitis Alberti[5] destruxit ipsamque civitatem Argentinam obsedit[6]. Tandem mediantibus Bertholdo duce de Zeiringen et aliis multis principibus[7] talis compositio pacis inter regem et episcopum Argentinensem facta est, quod beneficia, quae pater et frater suus ab episcopio[c] tenuerunt, omnimodis libera dimitteret, et episcopus ei ad retinenda regni gubernacula pro posse faveret. Inde expeditione facta exercitum versus Aquisgrani movit atque Mosellam fluvium transiit, sed inde infecto negotio rediit[8], obstantibus sibi Ottone rege et fautoribus suis.

1201. (Sept. 8.) [Habuit[d] preterea magnum conventum principum
Add. Neob. apud Babenberch[9], ubi multi episcopi et Salzburgensis archiepiscopus[10] affuit, ubi ipse una cum episcopis ossa sancti Heinrici et sancte Kůnegundis levaverunt, sicut[e] ab Innocentio papa[f] canonizati fuerant[g, 11] et[h] plurimis[i] miraculis[k] prius choruscaverant; et[k] magnus concursus

a) archiepiscopo — qui lo *(in fine lineae) in loco raso.* b) impatx *c. De hac notitia Continuationi Hohenburgensi ascribenda cf. commentarium.* c) ēpopio *c.* d) *Cf. de hoc additamento commentarium meum.* e) sič *in loco raso.* f) papa *in loco raso.* g) fuerant *eadem manu superscr.* h) et *in loco raso.* i) is *in loco raso.* k) is — et *in loco raso.*

1) *Id est Aimone Tarentasiensi archiepiscopo.* 2) *Conradus in expeditione Hierosolymitana aberat.* 3) *Adelae, sorori Dieterici marchionis Misnensis.* 4) *Nescio, an cronica hic ad tempus spectet, quo Fridericus Siciliam per se coeperit regnare. Usque ad annum* 1208. *Innocentius papa tutelam regis et regni gessit.* 5) *De Tagesburg.* 6) *Cf. Grandidier, 'Oeuvres inédites' III, p.* 80 *sqq.* 7) *Cf. Cronicam Reinhardsbrunn. (SS. XXX, p.* 562*); Grandidier l. c. III, p.* 82; *Heyck l. c. p.* 450 *sq.* 8) *Mense Septembri; cf. Böhmer-Ficker nr.* 30[a]. 9) *Haec curia mense Septembri anni* 1201. *celebrata est; cf. Winkelmann, 'Philipp' p.* 237 *sqq.* 10) *Eberhardus.* 11) *Innocentius die* 3. *Aprilis a.* 1200. *Kunigundem canonizaverat; in curia Babenbergensi ossa eius translata sunt (cf. Cronicam S. Petri Erford. mod. ad a.* 1201. *et Cronicam Reinhardsbrunnensem, SS. XXX, p.* 378. 565*). Falso Neoburgensis noster de canonizatione et translatione sancti Heinrici loquitur, quae iam anno* 1146. *celebrata erat.*

Cod. Jenensis Bos. 6, fol. 144.

Annales Marbacenses qui dicuntur ad a. 1198—1200.

(Schulausgabe S. 74 f.)

Lichtdruck von Jul. Manias u. Cie., Straßburg i. E.

populi de diversis provinciis illuc[a] ipsa die confluxerat[a], et reliquie eorum ad diversa loca partite. De quibus reliquiis a venerabili Petro abbate ad monasterium Nûburgense in magna quantitate apportate et apud eos[b] actenus recondite.⌝ 1201. *Add. Neob.*

⌜Contigit eo tempore res miranda et nostris temporibus valde inaudita apud Retiam Augustam accidit[c]. Nam quaedam mulier, dum communicare deberet, corpus dominicum in ore reservavit, quod postea cera circumdedit et apud se domi retinuit, nescio quid tali machinatione temptatura. Postea penitentia ducta ad quendam presbiterum religiosum et bone fame accessit et ei peccatum suum *indicavit. Qui nullam ei penitentiam iniungere voluit, quin prius corpus Domini redderet, quod apud se male domi habuit. Abiit illa et dominicum corpus, ut erat in cera, presbitero detulit. Qui, assumptis secum multis aliis fidelibus, honorifice illud recepit et aperiens ceram invenit corpus illud dominicum et panem mysticum in veram carnis sanguinisque mutatam esse substantiam. Ad cuius rei novitatem non tam de propinquis regionibus quam et de longinquis partibus terre multitudo maxima confluit, et multa ibi Dominus miracula in laudem nominis sui operatur.⌝ *Add. Neob.* *p. 170.

Ipso anno Cunradus Moguntinus archiepiscopus post multos labores trans mare cum multis aliis peregrinis reversus[1], quamvis propter mortem imperatoris nichil ibi profecerit, tamen amore restaurationis sancti sepulcri Domini ductus rursus crucem accepit. 1199.

In[d] eodem anno ante nativitatem Domini combustum est monasterium Hohenburch. *Not. Hohenb.* *Dec.*

Anno Domini MCC. Otto comes[2] in bona confessione et longa egritudine apud Bysuntium defungitur[3] et ab incolis illius provincie plurimum propter bonam defensionem deploratur. 1200. *(Ian. 13.)*

Eodem anno Bertholdus comes de Nûwenburch in Brisgawia crucem cum filio[4] accepit, trans mare perpetuo

a) illuc confluxerat *in loco raso;* ipsa die *eadem manu superscr.* b) e *in loco raso; antea* nos *scriptum fuisse adhuc ex litterae* n *reliquiis patet.* c) *in margine manu coaeva saec. XIII:* Nota de corpore et sanguine Domini. *Hanc quoque narrationem librario Neoburgensi attribuendam esse censeo.* d) *Cf. de hoc additamento Hohenburgensi commentarium meum.*

1) *Mense Iulio a.* 1199. *in Apuliam rediit; cf. Böhmer-Ficker nr.* 40[a]; *in Germaniam demum anno exeunte reversus est.* 2) *Comes palatinus Burgundiae, Philippi regis frater, cf. supra p.* 68—70. 3) *Die* 13. *mensis Ianuarii a.* 1200, *non a.* 1201, *ut Winkelmann, 'Philipp' p.* 517. *censuit; cf. Böhmer-Ficker nr.* 39. 4) *Bertholdo.*

1200. mansurus, et urbem Nůwenburch cum ministerialibus et appendiciis suis Argentinensi ecclesie in proprietatem dedit[1], pecunia tamen mediante. Huius exemplum imitati quam plures nobiliores cum uxoribus et liberis
*f. 144'. predia sua vendentes perpetuo ser*vicio sancti sepulcri se devoverunt[a].

Cont. Hohenb. Ipso[b] anno dati sunt ordines Basileae a Lůtoldo
Mart. 4. eiusdem urbis episcopo IIII. Non. Marcii. Qui postea
Maii 3. in inventione sancte crucis crucem accepit cum magno abbatum et reliosorum[c] virorum comitatu.

Add. Neob. ⌜Anno[2] Domini MCCI[d]. Preclarissimus[e] princeps
1201. Phylippus rursum exercitum colligens Mosellam trans-
1206. ivit, Coloniam obsedit, Brunonem episcopum cepit, et sic civitatem et totam provinciam ad dedicionem coegit[3].
1205. Postea[4] Aquisgrani veniens cum multis principibus in sede regni una[f] cum regina sedit ac deinde prospere
1207. ad propria rediit; et negocia pacis inter papam et ipsum[5] per legatos[6] tractantur. Erat[7] enim[g] sibi in omnibus

a) *hoc loco Annales imperiales Argentinenses desiisse mihi videntur.* b) *Hanc notitiam non annalistae Argentinensi, sed potius chronistae Hohenburgensi attribuendam esse in commentario meo exposui.* c) *ita c.* d) *Prius* MCCII. *scriptum erat, sed ultima nota numeri erasa est; cf. n.* e. e) Preclarissimus — exercitum *(in fine lineae) in loco raso. Levia litterarum vestigia suspicionem movent hic antea in loco raso initium relationis anni* 1202. *scriptum fuisse:* Chunrad⁹ argent̄ ep̄c obiit, cui H . . . . f) una cum regina *eadem manu superscr.* g) *eadem manu superscr.*

1) *Castrum et villam 'Nimburg' Bertholdus episcopus Argentinensis anno* 1236. *Friderico II. imperatori in feudum rectum concessit, exceptis ministerialibus militaris conditionis (Böhmer-Ficker nr.* 2143*). De his possessionibus cf. Heyck, 'Geschichte der Herzoge von Zähringen' p.* 474 *sq.* 495 *sq. (ubi p.* 475, *n.* 1419. *non recte dicitur in Annalibus nostris* urbem Nůwenburch *oppidum 'Neuenburg' ad Rhenum fluvium situm significare) et Fritz, 'Das Territorium des Bistums Strassburg' p.* 78. 162 *sqq.* 2) *De confusa huius anni narratione cf. supra praefationem et commentarium meum.* 3) *Haec victoriosa Philippi expeditio mense Iulio anni* 1206. *facta est; Bruno Coloniensis archiepiscopus — qui contra Adolfum Philippo tunc adhaerentem electus erat — apud Wassinburg castrum capitur; mense Novembri Colonienses Philippo regi se subiciunt. Cf. Böhmer-Ficker nr.* 136[a.b.h]. *Sane Philippus etiam anno* 1201. *circa Mosellam pugnaverat; cf. Winkelmann, 'Philipp' p.* 208. *Nescio, an hic duae illae expeditiones confundantur.* 4) *Falso. Iam antea mense Ianuario anni* 1205. *Philippus Aquisgranum intraverat, ubi in festo epiphaniae ab Adolfo archiepiscopo cum uxore Maria consecratus est; cf. Böhmer-Ficker nr.* 89[a]. 5) *Quae negotia aestate anni* 1207. *tractari coeperunt; cf. Winkelmann, 'Philipp' p.* 414 *sqq. et Hauck, 'Kirchengeschichte' IV, p.* 719 *sqq.* 6) *Innocentius III. Hugolinum cardinalem episcopum Ostiensem et Leonem cardinalem presbyterum tituli s. Crucis legatos in Germaniam miserat, adiunctis eis Wolfgero Aquilegiensi et Eberhardo II. Salisburgensi.* 7) *Scilicet papa.*

contrarius, quantum potuit, propter antiquum odium sui *Add. Neob.*
patris[1] et Ottonem dilexit et ipsi, quantum poterat, con-
silio et auxilio fideliter astitit. Erat[a] enim talis com- 1207.
positio, ut Otto duceret filiam eius per dispensationem
et alia quaedam insignia haberet per regalem permis-
sionem[2]. Habuit[3] enim Phylippus filiam regis Constan-
tinopolitani in coniugio, quam filius Tancradi in Sycilia
ducere debebat, sed preventus immatura morte, una cum
patre in palacio Panormitano remansit; quam Heinricus
imperator ibidem inveniens postea fratri suo tradidit.
Qui postea[4] eam cum magno conventu principum in
Suevia sollempniter duxit et ex ea IIII filias progenuit[5],
que postea nupserunt, videlicet Ottoni postea impera- 1212.
tori[6] et regi Hyspanie[7] et regi Boemie[8] atque duci 1220.
Brabantie[9]; quae genuerunt filios et filias, sicut postea
melius declarabitur[10], excepta Ottonis[b] coniuge, quae im-
matura morte, ne videret miseriam mundi, decessit[11]. 1212.
Primo[c] vero desponsata fuerat[d] palatino de Witilisbach[12].
Sed ipse lubricus existens et homicida multorum nobi-
lium per qęrimoniam atque iudicium fuit proscriptus,
et sic longo tempore perdurans a principibus tandem
diiudicatur, ut filiam suam rex[e] deberet rehabere, quia
indignus videretur consors regie excellentie. Quod ille
ferens indigne cepit occulte tractare de ipsius occisione[13].[1]

a) *sequentia atramento paulo diverso scripta sunt.* b) ott *corr. ex* oct *c.* c) o *in loco raso.* d) at *in loco raso scriptum videtur.* e) *eadem manu superscr.*

1) *Scil. Friderici I.* 2) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 6044. *Talis non erat compositio, sed conditio, quam legati Ottoni regi frustra proposuerunt, ut ad coronam deponendam eum inducerent; pace non inita treuga unius fere anni facta est. Cf. Chron. Ursperg. (SS. XXIII, p.* 370*).* 3) *Quae sequuntur annalista ad annum* 1194. *iam narraverat, unde noster hausisse videtur; cf. supra p.* 64. 4) *Nuptiae anno* 1197. *mense Maio Augustae celebratae sunt.* 5) *Beatricem, Cunigundem, Mariam, iterum Beatricem. W.* 6) *Beatrix mense Novembri a.* 1208. *desponsata demum mense Iulio anni* 1212. *Ottoni nupsit.* 7) *Iunior Beatrix a.* 1220. *mense Ianuario Ferrando II. regi Castellae nupsit.* 8) *Wenceslaus filius Otakari regis anno* 1216. *in regem Boemiae electus patri Otakaro a.* 1230. *successit; Cunigundis anno* 1207. *desponsata erat.* 9) *Maria mense Februario anni* 1207. *Heinrico filio ducis Brabantiae desponsata, anno* 1215. *ei nubens, tamen* vera sponsa *erat, cum matrimonium nondum consumptum esset (cf. Böhmer-Ficker nr.* 141. 825*). Heinricus post mortem patris anno* 1236. *dux Brabantiae factus est.* 10) *De liberis ex illis matrimoniis procreatis nusquam postea agitur.* 11) *Die* 11. *Augusti a.* 1212. *obiit.* 12) *Aliter Winkelmann 'Philipp' p.* 539 *sq.; 'Otto IV.' p.* 536. *iudicavit, cum iuniorem Beatricem sponsam Ottonis palatini fuisse declararet.* 13) *Haec omnia famam in maius extulisse Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' p.* 538. *bene exposuit.*

1202. Cont. Hohenb. Anno Domini MCCII. Chůnradus episcopus obiit;
cui Heinricus de Veringen successit. Hic religiose cepit
vivere et werras et prelia declinare. Ipso tempore cum
sedes Moguntina esset in errore[1], vix a domino apostolico
licentiam ordinationis sue impetravit[2]; tandem ut
Senonensis archiepiscopus[3] ipsum consecraret, vix obtinuit
1207. anno Domini MCCVII.
Add. Neob. ⌜Qui in pentecoste in Argentina celebrans ordines
Iun. 16. XVI. Kal. Iulii fere D clericos consecravit; summa
vero sacerdotum CIIII extitit. De monasterio vero
Novi-castri sub abbate Petro XII sacerdotes *ordinavit *p. 171.
et sex alios inferioris ordinis. Ipsa die christianissimus
rex Phylippus in urbe fuit[4] cum principibus multis.⌝
1208. Add. Neob. Anno Domini MCCVIII. ⌜Cum[a] piissimus rex Phy-
lippus in procinctu itineris esset eundi in Saxoniam, ut
diutina lis ibi finem accipere deberet, sicuti apud Ro-
manam sedem deliberatum fuerat[5], atque Babenberch
pervenisset et[b] militum collectionem exspectaret ibique
venam incidisset[c] et cum quibusdam regni fidelibus in
secreto loco palacii quiesceret, palatinus prefatus veniens,
sicut diu dolum in corde conceperat, introitum petiit
et impetravit, spata extracta quasi ioculator ludum si-
mulans, nacta oportunitate regem circa cervicem per-
(Iun. 21). cussit et statim fugere cepit[6]. Et de ictu illo vitam
finivit. Corpus ibidem humatur; sed postea[7] revoluto
1213. tempore a Friderico rege Spiream ad sepulturam regiam
ossa deportantur ac gloriose ibi tumulantur. Marscalcus
vero de Calathin illum persequens apud quandam[d]
1209. (Mart.) grangiam sitam apud Danubium occidit[8] et caput in
aquam proiecit.

a) *chronista Hohenburgensis hic pauca de morte Philippi inseruisse videtur, quae fusiore narratione librarii Neoburgensis suppressa sunt. Cf. infra p.* 80, *n.* a. b) et — exspectaret *superscr. eadem scriptura et atramento magis fusco quae a f.* 145. *incipiunt; cf. infra p.* 79, *n.* b. c) *post* d *rasura.* d) *in loco raso.*

1) *Anno* 1200. *maior pars capituli Lupoldum episcopum Wormatiae archiepiscopum Moguntinensem elegerat; tres vero canonici in praepositum capituli Sigefridum de Eppenstein convenerant, cuius electionem Innocentius III. ratam approbavit.* 2) *Cf. litteras Innocentii III. anno* 1205. *mense Iunio (Böhmer-Ficker nr.* 5929*) et mense Octobri (nr.* 5943*) datas; Pfleger in 'Strassburger Diözesenblatt'* 1899. *p.* 343 *sqq.* 3) *Petrus.* 4) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 150. 151. *et p.* 2163. 5) *Cf. supra p.* 77, *l.* 4. 6) *Cf. Winkelmann, 'Philipp' p.* 536 *sqq.* 7) *Mense Decembri anni* 1213; *cf. Böhmer-Ficker nr.* 713b. 8) *A.* 1209. *mense Martio apud Oberndorf villam palatinus de Wittelsbach occisus est.*

Audita vero morte regis tota provincia cum fide- *Add. Neob.*
libus regni concutitur, dolentes et ipsi compacientes,
quod tantus et tam pius princeps tali modo occubuisset.
Multi nobiles instabilitatem mundi considerantes et
universa esse transitoria et caduca[1], seculum relinqunt[a]
et vitam religiosam, ut Deo servirent, sibi assumpserunt;
qui, ut dicitur, meliorem partem cum Maria elegerunt *cf. Luc. 10,42.*
et ideo sine fine cum Christo regnabunt.

Regina vero au*dita ipsius morte et sentiens **f. 145.*
unicum solacium in eo, quia peregrina[2] erat, perdidisse,
et cum esset pregnans, dolorem dolori cumulans, ad
Stoph castrum deducta est cum festinatione. Ubi post
modicum tempus aborsum fecit, et sic vitam cum fetu 1208.
finivit; et ad monasterium Loriche deportatur et ibi *(Aug. 27).*
gloriose sepelitur.

Porro[b] huius facti et occisionis conscius fuisse dicebatur marchio de Andehs[3]. Episcopus quoque Babenbergensis[4] super eodem facto infamatus erat et suspectus habebatur, et ob hoc non modico tempore cogitur exulare. Qui commigrans in Pannoniam ad sororem suam reginam[5] moratus est illic aliquantulum temporis, quousqué tandem Romano pontifici se presentans et ab eo ad sedem suam remissus ad expurgandum
se iuxta decreta canonum, prout sententiatum fuerat a 1211.
sede Romana, ęcclesiae satisfecit[6].

Comperta morte regis, sicut iam diximus, ubique
terrarum insurgebant bella et seditiones, et maxime
regalium villarum et hominum orta est persecutio et,
quia defensore carebant, facti sunt in direptionem vicinis *cf. Ps. 78,4 et Ies. 42, 22.*
suis. Paulatim vero longa concertatio de regni electione
quievit.[1]

a) *ita c.* b) *exhinc usque ad finem Annales atramento magis fusco et scriptura paulo distincta scripti sunt; cf. praefationem.*

1) *Cf. notam marginalem saec. XIII. cod. Ienensis f.* 29'. *ad Ottonis Chronicon II, c.* 25: nota miseriam mundi quam brevis et caduca, *et Ottonis Chron. II, c.* 14; *IV, c.* 31. 2) *Id est Graeca; cf. supra p.* 64, *l.* 14. 3) *Heinricus marchio Istriae. W. — De his accusationibus fratrum de gente Andechs cf. Winkelmann, 'Philipp' p.* 540 *sq.* 4) *Ecbertus frater marchionis. W.* 5) *Gertrudem uxorem Andreae II. regis Ungariae.* 6) *Cf. litteras Innocentii III. de anno* 1209. *Ian.* 16. *et* 21; *Nov.* 13. *(Böhmer-Ficker nr.* 6058. 6061. 6079*). Anno* 1211. *Ecbertus Bambergi restitutus est; cf. Cronica regia Colon. Contin. III. ed. Waitz p.* 232.

1208. Cont. Hohenb. ⌜Nam⌝ ipso anno[a] Otto rex in festo sancti Martini
Nov. 11. apud Frankenvurt curiam celebravit, mediante cancellario scilicet Spirensi episcopo[1], qui regalia tunc temporis observabat, ubi ab universis principibus unanimi consensu electus fuit et confirmatus in regem[2].

Add. Neob. ⌜Ubi etiam, copulata sibi uxore filia regis Phylippi, sicut prius dispensatum fuerat per dominum apostolicum[3], universa predia, castra, civitates et oppida, quae longo tempore divi imperatores Fridericus et Heinricus in unum maximis sumptibus et infinita pecunia coacervaverant[b], in ipsius ditionem cesserunt[4], et etiam favorem omnium principum et maxime Suevorum una cum regalibus et castro Trievels obtinuit.

Considera[5], o lector, volubilitatem mundi et quam breve festum gloria huius seculi[c], quomodo universa transitoria et labentia et diu stare non possunt, sicut plenius consideratur in isto principe et multis aliis antecessoribus suis; qui vix tantam gloriam per quin-
1212. quennium tenuit[6], et iterato ad legittimum heredem Fridericum, filium Heinrici, sunt revoluta, et libere omnia sua possedit, sicut postea perpendere poteris.⌝

1209. Cont. Hohenb. Anno[d] MCCIX. Otto rex pro imperiali benedic-
Iul. tione[e] tempore messium[7] Romam proficiscitur. Qui
(Oct. 4). etiam ab Innocentio papa in imperatorem consecratur, iuramento prius prestito[8], quod terram et bona sancti Petri, quae sui antecessores usque ad id temporis contra

a) *hanc notitiam ad Continuationem Hohenburgensem pertinere in commentario meo exposui.* b) coacerv'ant *c.* c) h⁹ scti *in loco raso.* d) *exhinc usque ad finem nusquam* anno Domini *scriptum est.* e) *ultima littera* e *in loco raso.*

1) *Conradus de Scharfenberg pro traditione insignium regalium Ottonis regis cancellarius effectus est; cf. Winkelmann, 'Otto von Braunschweig' p.* 124 *sq.* 2) *Cf. Rodenberg, 'Ueber wiederholte deutsche Königswahlen im* 13. *Jh.' p.* 23 *sqq.* 3) *Cf. supra p.* 77, *l.* 4. 4) *Cf. Cronicam S. Petri modernam (SS. XXX, p.* 381*).* 5) *Cf. Ottonis Frising. Chronicon V, c.* 36, *ubi sententias simillimas invenias.* 6) *Cf. infra p.* 84. *ad a.* 1212. 7) *Mense Iulio exeunte expeditionem in Italiam movit.* 8) *Iuramenta de possessionibus b. Petri Otto iam anno* 1201. *mense Iunio Nussiae praestiterat (cf. Krabbo, 'Neues Archiv' XXVII, p.* 515 *sqq.); eum ante coronationem imperialem nihil nisi consueta securitatis iuramenta iuravisse Winkelmann, 'Otto' p.* 495. *contendit. Immo narratio nostra propius accedit ad promissionem Spirensem Ottonis mense Martio a.* 1209. *factam (LL. Constitutiones II, p.* 36*), ubi legitur:* possessiones etiam, quas ęcclesia Romana recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas retinendas bona fide promittimus adiuvare.

iusticiam tenuisse videbantur, Romane ęcclesiae libera 1209.
dimitteret.

Anno MCCX. Otto imperator, non sano usus con- 1210. *Cont. Hohenb.*
silio, rupit fedus iuramenti quod fecerat cum papa et
Romanis, occupando et vendicando sibi bona sancti
*p. 172. Petri contra pactum. Unde *a papa sepius ammonitus
et correptus[1] desistere contempsit et ob hoc meritam
excommunicationis sententiam incurrit[2].

Eodem anno Otto imperator profectus ab Ytalia *(Nov.)*
transiit in Apuliam, ut terras illas, quas hereditario iure
possidebat Fridericus filius Heinrici quondam imperatoris,
sibi subiugaret; ipsumque Fridericum persequi et exter-
minare intendebat, pravo usus consilio, quia, si statim
post coronationem repatriasset, omnia in prosperum sibi
cessissent.

⌜Anno MCCXI. Mandante papa per totam Ale- 1211. *Add. Neob.*
manniam promulgari cepit sententia excommunicationis
lata in Ottonem. Moguntinus etiam episcopus, ab ipso
papa legatione suscepta[3], tam per se quam per suos 1212.
denuntiavit ipsum Ottonem excommunicatum. Omni *(Mart.)*
autem tempore Ottonis per totum regnum Alemannie
summa pax et securitas fuit, ita ut omnes mirarentur,
quod etiam in absentia eius, dum esset in Sycilia, tanta
pax esse potuit in terra.⌝

Anno MCCXII. Otto imperator ab Appulia et Ytalia 1212. *Cont. Hohenb.*
reversus est ad partes Teutoniae celebravitque curiam *(Mart. 18).*
apud Frankenvurt. Et circa messes *coadunato exercitu *f. 145'.
movit expeditionem in Tůringiam adversus Hermannum *Iul.*
lantgravium sibi adversantem. Ubi etiam expugnavit et
destruxit duas munitiones satis munitas, scilicet Roten-
berch et Salzungen[4]. Et inde progrediens obsedit oppidum
Wizense, quod similiter expugnavit usque ad arcem[a. 5].

---

a) *Hic desiit Cronica Hohenburgensis, nisi forte pauca de Brisacensi clade Ottonis imperatoris ibidem insuper inveniebantur; cf. infra p.* 83, *n.* b.

1) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 439[f]. *De causis conflictus cf. Ficker in 'Mitteil. des Instituts für österreich. Geschichtsforschung' IV, p.* 341 *sqq. et Hampe in 'Histor. Vierteljahrsschrift' III, p.* 172 *sqq.* 2) *Otto post invasionem regni Siciliae die* 18. *Novembris excommunicatus est.* 3) *Sigefridus archiepiscopus demum a.* 1212. *mense Martio legatus apostolicae sedis ab Innocentio III. nominatus est; cf. Böhmer-Ficker nr.* 6118[a]. 4) *Potius Salza, hodie Langensalza vocatum; cf. Cronica Reinhardsbrunn. (SS. XXX, p.* 580*):* movens igitur castra contra municiunculam in Salcza tribracho illo cognomento tribock muris imminet. 5) *Cf. Cron. Reinhardsbrunn. l. l.*

Add. Neob. Ibi[a] tunc primo cepit haberi usus instrumenti bellici quod vulgo tribok appellari solet[1].

1212. Ipso[b] tempore facta est nugatoria quaedam expeditio, pueris et stultis hominibus sine aliqua discretione signum crucis arripientibus curiositatis causa potius quam salutis[2]. Pergebant autem de utroque sexu pueri et puelle, non solum minores, sed etiam adulti, nupte cum virginibus, euntes vacua crumena, non solum per totam Alemanniam, sed etiam per partes Galliarum et Burgundie. Nec retineri poterant ullo modo a parentibus et amicis, quin totis conatibus iter illud arriperent, in tantum ut passim per villas et agros, relictis instrumentis suis et hiis quae tunc pre manibus habebant, transeuntibus se sociarent. Et sicut ad tales novitates sepe et de facili credula turba sumus, multi quidem arbitrati sunt hec non de levitate mentis, sed per divinam inspirationem fieri et ex quadam pietate; unde et subveniebant eis in expensis, victum et necessaria ministrantes. Clericis autem et aliis quibusdam quibus erat mens sanior contradicentibus et iter illud vanum et inutile iudicantibus, vehementer laici resistebant, dicentes clericos esse incredulos ipsosque propter invidiam et avariciam huic facto se opponere magis quam propter veritatem et iusticiam. Sed quoniam omne negotium quod sine libramine rationis et sine vigore consilii fuerit inchoatum non bonum sortitur exitum: postquam hec stolida multitudo pervenit ad partes Ytalie, diffusi sunt et dispersi per civitates et oppida, quorum multi ab indigenis terre detenti sunt in servos et ancillas. Alii dicuntur venisse ad mare; qui seducti a nautis et marinariis transvectique ad alias partes terrarum remotas. Reliqui vero pervenientes Romam, cum viderent, quod non poterant habere processum utpote nulla fulti auctoritate, tandem laborem suum cognoverunt esse frivolum et inanem, et tamen a voto crucis minime fuerunt absoluti preter pueros infra annos discretionis existentes et eos quos senium deprimebat. Sic ergo decepti et confusi redire

a) *exhinc usque ad finem relationis huius anni (p. 84, l. 19) omnia ad Cronicam Hohenburgensem a librario Neoburgensi addita sunt; cf. commentarium.* b) *in margine manu coaeva saec. XIII:* De profectione puerorum.

1) *Cf. supra p.* 54, *n.* 2. *ad a.* 1183. 2) *De hac expeditione cf. Röhricht in 'Historische Zeitschrift' XXXVI, p.* 1 *sqq. Chron. Ebersheimense c.* 36 *(SS. XXIII, p.* 450*) Nicolaum puerulum a pago Coloniensi venientem ductorem puerorum designat.*

ceperunt; et qui prius gregatim et per turmas suas et *Add. Neob.* numquam sine cantu celeumatis transire solebant per terras, modo singillatim et in silentio, nudipedes et famelici redeuntes facti sunt omnibus in derisum, quia plurime virgines rapte et florem pudicicie[a] sue amiserunt.

·Eodem anno facta est expeditio cruce signatorum 1212. a duce Austrie[1] et quibusdam terre baronibus aliisque diverse conditionis hominibus in auxilium comiti de Munforrat[2] ad inpugnandum Albienses, qui et Ruptarii vel Coterelli, hereticos scilicet de terra Sancti Egidii, mandante hoc ipsum et agente papa Innocentio, qui iter illud iniungi faciebat in remissionem peccatorum[3].

Redeamus nunc ad hystoriam de Ottone[b]. Videns igitur papa pertinatiam Ottonis, quem prius in omnibus foverat et in altum sublimaverat, cum neque pro absolutione nec pro compositione aliqua laboraret, misit in Syciliam et eduxit inde Fridericum supra *(Mart.)* memoratum[4] Heinrici quondam imperatoris filium et litteras suas[5] direxit universis terre principibus; quibus dedit in mandatis, ut eundem *Fridericum loco regis *p. 173. susciperent et manutenerent et in omnibus ei astarent sibique transeunti per terras quisque suo loco *conductum *f. 146. honorifice preberent. Quod et factum est. Comperiens Otto Friderici adventum, desistens ab impugnatione lantgravii proficiscitur obviam adversario. Qui dum in *(Sept.)* partibus Sueviae convenissent[6], Otto cum suis cedere compulsus est et prevalere non potuit, quia pro tenacitate sua multi eum relinquębant[c. 7]. Adhuc tamen habens fiduciam in solo duce de Zeringen descendit

a) pudicie *c.* b) *fortasse brevis narratio Cronicae Hohenburgensis de clade Ottonis fusiore historia librarii Neoburgensis hic semota est.* c) *ita c.*

1) *Liupoldo.* 2) *Simoni de Montfort. — Annales Austriae (cf. Contin. Claustroneoburg. ad a.* 1213, *SS. IX, p.* 622*) narrant ducem Liupoldum ad Hispanorum auxilium profectum esse, qui tunc gravissimam Sarracenorum invasionem passi sunt. At iam ante adventum eius exercitus Christianus die* 16. *Iulii a.* 1212. *victoriam deportaverat. Juritsch, 'Geschichte der Babenberger' p.* 419. *Cronicae nostrae plus auctoritatis — dubito, an iure — tribuit, cum Liupoldum primo contra Albigenses, deinde in Hispaniam expeditionem movisse admitteret.* 3) *Cf. litteras Innocentii III. de anno* 1208. 1209, *Böhmer-Ficker nr.* 6007. 6078. 4) *Cf. supra ad annum* 1210 *(p.* 81, *l.* 11*).* 5) *Registro Innocentii III. epistolarum illorum annorum deperdito, nulla talium litterarum vestigia nobis servata sunt.* 6) *Mense Septembri ineunte Fridericus Constantiam intravit, dum Otto in oppido Ueberlingen commoretur.* 7) *Cf. Chron. Ursperg. (SS. XXIII, p.* 377*).*

Add Neob. usque Brisache regium oppidum[1], prestolari volens even-
1212. tum rei, si quo modo posset habere copiam resistendi. Ubi dum moratur in presidio, stipatores et alii de familia sua, sicut id genus hominum nimis licentiose et presumptuose volunt habere omnia, insolentius agere ceperunt erga burgenses, tam pecora quam babulum[a] et vinum et cetera quae illorum erant violenter auferendo et non parcendo. Unde multitudo populi commota in seditionem vertitur et, perturbato principe, armata manu ipsum Ottonem cum suis omnibus eiecerunt, quibusdam ibi vulneratis et mutilatis. Qui secedens inde reversus est in Saxoniam, conducentibus eum quibusdam terre nobilibus[2].

(Oct.) Fridericus autem obsesso et dedito sibi castro Hagenowe[3], quod adhuc tenebant fideles Ottonis, veniebat de civitate in civitatem, et receperunt eum; et in brevi obtinuit terram[4].

1209. Idem Fridericus iam duxerat uxorem reginam Ar-
1211. ragonum[5], de qua genuit filium nomine Heinricum,
1220. postea regem[6].

Continuatio.

1215. Anno[b] MCCXIII. Fridericus curiam Aquisgrani in
Iul. 25. festo beati Iacobi habuit[7]. Ubi de consensu principum locatus est in sedem regni et ibidem cum multis aliis cruce signatus est, predicante magistro Chůnrado tunc
1221. decano, qui postea[8] factus est Hyldensheimensis episcopus.

1213. Hoc tempore[9] Otto imperator quoddam cenobium sanctimonialium nomine Quittelineburch, pro eo quod parentes et cognati monialium quidam nobiles sibi ad-

a) *ita c.* b) *Annales sequentes iam in cod. autographo Cronicae Hohenburgensis adhuc deperdito additi erant, nisi fallor, a scriptore Neoburgensi, cui tamen huc et illuc prioribus notitiis monachi congregationis Marbacensis uti licebat.*

1) *Medio mense Septembri. De his quae Brisaci evenerunt cf. Richeri Senonensis Chron. III, c.* 13 *(SS. XXV, p.* 293*) et Chron. Ebersheimense c.* 36 *(SS. XXIII, p.* 450*).* 2) *Richerius Senonensis l. l. dominum de Usenberg, Chron. Ebershein. l. l. marchionem Hermannum de Baden inter eos nominant, quorum auxilio Otto fautoribus Friderici evasit.* 3) *Mense Octobri; cf. Richerium Senon. III, c.* 19. 20 *(SS. XXV, p.* 297*).* 4) *Mense Decembri Francofurti rex electus, Moguntiae coronatus est.* 5) *Mense Augusto anni* 1209. *Fridericus Constantiam filiam Alfonsi regis Arragonum in matrimonium duxerat; cf. Hampe in 'Histor. Vierteljahrsschrift' III, p.* 161 *sq.* 6) *Heinricus anno* 1211. *natus, anno* 1212. *rex Siciliae coronatus, anno* 1220. *rex Romanorum a principibus Germaniae electus est.* 7) *Quae curia illa ipsa die, sed anno* 1215. *celebrata est.* 8) *Anno* 1221. *Conradus decanus Hildesheimensis episcopus electus est.* 9) *Anno* 1213; *cf. Böhmer-Ficker nr.* 496[f.g].

versari ceperant, muniri fecit et ibidem presidium militum collocavit. 1213.

Ipso anno Lůtoldus Basiliensis episcopus obiit; et Walterus pro eo eligitur. *(Ian. 16).*

Sub eodem tempore regina Ungarie[1], soror Eggeberti episcopi Babenbergensis et Ottonis ducis Meranie, ab ipsis Ungaris crudeliter est interempta, nulla alia *(Sept. 28).* causa, ut dicebatur, existente, nisi quod eadem regina erga Teutonicos undecumque adventantes larga fuit et liberalis eorumque necessitati in omnibus subveniebat. Unus autem interfectorum, quidam comes nomine Petrus[2], a rege Ungarie postea comprehensus dicitur et palo per ventrem transfixo in ultionem uxoris necatus. Similiter alii diversis penis extincti fuerunt.

Anno MCCXIIII. Otto imperator, mortua uxore 1214. sua filia Phylippi regis[3], copulavit sibi in matrimonium *(Maii 19).* filiam ducis Brabantini[4]. Quo secum assumpto Ferrandus comes Flandrie, simulque de Anglia, Saxonia et de aliis undecumque partibus collecta multitudine, consilio nimis precipiti in Gallias duxit exercitum, pugnaturus contra Phylippum regem Francie. Quo comperto Phylippus extimuit, metuens Ottonem; tandemque confortatus a suis occurrit ei in confinio Galliarum et Flandrie[5]. Ubi *(Iul. 27).* facta congressione victoria, licet insperata, cessit Phylippo, comite Flandrense cum multis aliis captivato, qui etiam in curribus perducti sunt Parisius et per multos annos in vinculis detenti sunt; quidam autem ex eis postea evaserunt[6]. Rex vero Francie post peractam victoriam tercia die venit Parisius[7] et ibi susceptus est cum magno plausu cleri et populi et cum ingenti tripudio tocius civitatis[a].

Anno MCCXV. Walterus Basiliensis *electus diffa- *f. 146'. 1215. matus est, quod non canonice intraverit[8]; unde coram Innocentio papa tractus est in causam et ibidem depositus; cui Heinricus successit.

a) *Ann. Colmarienses minores ad a.* 1214 *(SS. XVII, p.* 189*) annotant:* Swartzindann chorus monasterii consecratur. *Quae in pleniore codice Cronicae nostrae autographo deperdito scripta fuisse non plane denego; cf. praefationem et commentarium meum.*

1) *Gertrudis uxor Andreae II; cf. de eius occisione Huber in 'Archiv für österreich. Geschichte' LXV, p.* 11 *sqq.* 2) *Fortasse comes de Csanad.* 3) *Beatrix paulo post nuptias celebratas die* 11. *mensis Augusti a.* 1212. *mortua est; cf. supra p.* 77. 4) *Mariam filiam ducis Heinrici I. W.* 5) *Apud pontem Bovinum (Bouvines) die* 27. *Iulii pugnatum est. W.* 6) *Cf. de captivorum sorte Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 507 *sqq.* 7) *Cf. Winkelmann l. l. p.* 376*, n.* 3. 8) *Cf. ibidem p.* 453.

1215. Eodem anno celebrata est sancta universalis synodus[1] Rome in ęcclesia Salvatoris quae Constantiniana *Nov.* vocatur mense Novembri, presidente domino Innocentio III. papa, pontificatus eius anno XVIII, in qua fuerunt episcopi CCCCXV[a]. Inter quos extiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus[2] et Ierosolimitanus[3]. Anthyocenus[4] autem gravi languore detentus venire non potuit, sed misit pro se vicarium Anteradensem episcopum[5]. Alexandrinus[6] vero sub Sarracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem et metropolitani LXX unus. Ceterum abbates et priores ultra DCCC; procuratorum vero archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum, capitulorum absentium non fuit certus numerus comprehensus. *Legatorum vero regis Sycilie in Romanum[b] imperatorem electi, **p. 174.* imperatoris Constantinopolitani[7], regis Frantie[c. 8], regis Anglie[9], regis Ungarie[10], regis Ierosolimitani[11], regis Cypri[12], regis Aragonum[13] nec non aliorum principum et magnatum, civitatum etiam aliorumque locorum ingens fuit multitudo.

1211. Ante tempora huius concilii fere triennio[14] disponente Deo, qui verus est agricola, quidam palmites in- *Cant. 2, 15.* fructuosi precisi sunt ab ęcclesia Dei et subdole vulpes, quae demoliuntur vineam Domini, extracti sunt de foveis suis, hoc est heretici[d], qui perverso dogmate latenter seducunt fideles ęcclesiae, comprehensi sunt in civitate

a) *ceteri fontes, qui ex eadem concilii relatione hauserunt, — praeter cod. Turicensem C 214 (cf. infra n. 1) — numerum* CCCCXII *indicant.* b) *melius* Romanorum, *ut Chron. Ursperg. et Richer. Senon. tradunt.* c) *ita c.* d) *post vocem locus rasus unius fere litterae.*

1) *Quae sequuntur auctor relatione ex actis concilii extracta et ubivis gentium propagata desumpsit; cf. Winkelmann, 'Otto IV.'* p. 513. *Nuperrime v. cl. A. Luchaire ('Journal des Savants, Nouvelle série' III, p.* 557*) ex cod. Turic. C* 214 *catalogum omnium praelatorum qui concilio Lateranensi aderant edidit, repetitum 'N. Archiv' XXXI, p.* 584. 2) *Gervasius.* 3) *Radulfus.* 4) *Petrus.* 5) *Bandinum.* 6) *Nicolaus.* 7) *Heinrici.* 8) *Philippi Augusti.* 9) *Iohannis.* 10) *Andreae II.* 11) *Iohannis de Brienne.* 12) *Hugonis I.* 13) *Iacobi.* 14) *Anno* 1211; *cf. Winkelmann, 'Otto' p.* 343 *n.* 1; *Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' IV, p.* 867. *haereticos illos Waldenses credidit. — Adversus haereticos iudicia aquae frigidae, ferri candentis vel duelli adhiberi prohibet Innocentius III. in epistola a.* 1212. *die* 9. *Ianuarii ad episcopum Heinricum Argentinensem missa (Böhmer-Ficker nr.* 6116[e]*).*

Argentina[1]. Producti vero cum negarent heresim, 1211. iudicio ferri candentis ad legittimum terminum reservantur; quorum numerus fuit LXXX vel amplius de utroque sexu. Et pauci quidem ex eis innocentes apparuerunt, reliqui omnes coram ęcclesia convicti per adustionem manuum dampnati sunt et incendio perierunt.

Anno MCCXVI. Innocentius papa obiit; cui 1216. *(Iul. 16).* Honorius successit.

Ipso anno Falcho primus abbas Marbacensis institutus est[2].

Eodem quoque tempore Otto imperator obiit[3]. 1218.

Anno MCCXVII. Facta est expeditio transmarina 1217. a duce Austrie et rege Ungarie. Cui etiam interfuit legatus Romane sedis[4] et Babenbergensis episcopus et frater eius dux Meranie, Boppo comes de Hennenberch, Lůdewicus comes de Otingen aliique principes et nobiles multi de diversis partibus terrarum. Qui statim accedentes ad montem Thabor munitionem quandam in eodem monte a Sarracenis edificatam viriliter expugnando *(Dec.)* ceperunt[5]. In brevi autem postea reversi sunt rex Ungarie[6], dux Meranie et alii quidam nobiles.

Anno MCCXVIII. Dux Austrie cum legato 1218. Romane curie et Templariis et Hospitalariis et exercitu copioso circa palmas[7], id est ante pascha, ad fines *c. Apr. 8.* Egypti accedentes civitatem opulentissimam Damiatam aliquanto tempore obsederunt. Et turrem, quae sita est *(Maii).* super flumen Nyli et dicitur Clavis-terre[8], valde muni-

1) *Ad hanc haereticorum persecutionem spectant, quae apud Caesarium Heisterbacensem in Dialogo miraculorum III, c.* 17 *(ed. Strange I, p.* 133*) Conradus magister (de Marburg?) narrat:* Decem heretici in eadem civitate, scilicet Argentina, que et Strazburg, comprehensi sunt. Qui cum negarent, per iudicium candentis ferri convicti sententia incendii sunt damnati *etc. — Quae apud Schmidt in 'Zeitschrift für Histor. Theologie' X (*1840*),* 3, *p.* 34 *sqq. et apud Lea, 'History of Inquisition' II, p.* 316 *sqq. de ista haeresi traduntur, omnia ex commentis Danielis Specklini provenerunt et omnino reicienda sunt.* 2) *De occisione Rudolfi ultimi Marbacensis praepositi et de Falconis institutione cf. quae Hampe, 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, Neue Folge' XX, p.* 8 *sqq. disseruit, epistola Innocentii III. adhuc incognita nisus.* 3) *Error. Otto obiit die* 19. *Maii a.* 1218. *W.* 4) *Pelagius cardinalis episcopus Albanensis demum ab autumno a.* 1218. *expeditioni interfuit.* 5) *Falso; castrum in monte Tabor non captum est.* 6) *Mense Ianuario a.* 1218. *cum Hugone rege Cypri et aliis nobilibus Tripolim profectus est.* 7) *Hoc falsum est. In die ascensionis Domini, die* 24. *Maii, naves cruce signatorum ab Accon Damiatam profectae sunt.* 8) *Cf. Historiam expeditionum in Terram Sanctam c.* 6 *(Cronica regia Colon.*

1218. *Aug. 23.* tam in vigilia beati Bartholomei[1] expugnando ceperunt,
quibusdam ibi de nostris pereuntibus per compendium
mortis, sed in celis, ut credimus, consociati sanctis
1219. angelis. Postea vero expugnata civitate[2] et brevi tem-
(Nov.) pore exigentibus peccatis eorum eam[a] retinentes iterato
1221. perdiderunt casu lamentabili, sicut hystoria refert[b]
huius rei geste[3]. Alias et per alios, qualiter hoc evenerit,
pleniter exaratum est, sicut in armario Novi-castri
1218. diligens lector invenire poterit.
(Febr. 18). Ipso anno dux Bertholdus de Zeringen obiit.
1220. Anno MCCXIX. Fridericus rex pro imperiali
benedictione Romam proficiscitur[4], ubi ab Honorio papa
Nov. 22. circa festum beate Cecilie in imperatorem consecratur.
**f. 147.* Eodem *anno[5] dux Lotoringie de voluntate vel
1218. consensu regis Heinrici et episcopi Argentinensis, sump-
turus ultionem de quibusdam iniuriatoribus suis, cum
multo exercitu Alsatiam intravit.
1221—1224. Anno MCCXX[6]. Friderico imperatore remanente
in Sycilia vel Apulia, magna et fortia gessit expugnando
Sarracenos, qui in finibus suis montana circa mare
tenebant et inexpugnabiles fere erant, multo labore et
sudore tam arte quam sapientia ad deditionem coegit,
quibusdam occisis, aliis de terra illa translatis et in loco
prius inhabitabili locatis qui vulgo dicitur Hŏberch[7].
Quam terram excolentes et fertilem reddentes, civitates
et casalia usui eorum necessaria construxerunt et do-
minio imperatoris sunt subiecti.

a) eam *eadem manu superscr.* b) refert. Huius rei geste alias *distinguit c. errore manifesto. Littera* H *maiuscula minio picta est, ut cetera in hac parte sententiarum initia.*

ed. Waitz p. 347*)*: turris que clavis Damiate et porta tocius Egypti potest nuncupari. 1) *Turris potius in ipsa die s. Bartholomaei capta est.* 2) *Damiata die* 5. *Novembris a.* 1219. *capta, sed die* 7. *Septembris a.* 1221. *Sarracenis reddita est.* 3) *Auctorem hic ad Oliveri Historiam Damiatinam, non ad quamlibet aliarum de quinto bello sacro narrationum spectare verisimile est.* 4) *Mense Septembri a.* 1220. *Italiam ingressus die sanctae Caeciliae coronatus est.* 5) *Procul dubio hic de invasione Theobaldi ducis anno* 1218. *facta agitur (cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 456*; 'Friedrich II.' I, p.* 5 *sqq.); quod auctor de consensu Heinrici Argentinensis episcopi narrat non omnino mihi reiciendum videtur, quamvis minus recte Heinricum regem anno* 1220. *demum electum commemoret.* 6) *Proelia cum Sarracenis, quae Fridericus annis* 1221—1224. *in regno Siculo gessit, hic in unum comprehenduntur.* 7) *Constat Sarracenos ex Sicilia insula ad partes Apuliae apud Luceriam translatos esse; at quae noster de Hŏberch et de terrae cultura narrat, obscura sunt; cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 537 *sq.*

Heinricus[a] vero filius imperatoris, admodum puer
quasi decennis[1], per Ottonem Wirzeburgensem episcopum,
cuius tutele deputatus fuerat a patre[2], de consensu prin- *Add. Neob.*
cipum in regem electus[3], ⌈copulata[a] sibi uxore filia ducis 1220.
Austrie[4], de qua duos filios habuit[5], cum ipso duce et 1225.
Salzburgensi archiepiscopo[6] et aliis multis principibus
gloriose in sede Aquisgrani est intronizatus una cum
regina anno MCCXXVII[7]. Ipse quoque imperator 1227.
Fridericus, mortua uxore sua regina Arragonum[8], matre 1222.
predicti Heinrici, postea duxit uxorem filiam regis Ihero- 1225.
solimitani[9], de qua suscepit filium nomine Cůnradum, 1228.
postea regem[10]⌉. 1237.

Anno MCCXXII. De terra Persarum exercitus 1222.
magnus valde et fortis, egressus de finibus suis, per
adiacentes sibi provincias transitum fecit, qui dicebantur
*p. 175. fuisse homines magne *proceritatis et stature horribilis[11];
quod tamen non credimus. Sed qua de causa egressi
fuerint vel quid egerint, ignoramus. In brevi vero
reversi sunt ad propria. Dicebant tamen quidam, quod
versus Coloniam vellent ire et tres magos de gente
eorum natos ibidem accipere. Unum tamen scimus, quod
Iudeorum gens super eodem rumore ingenti leticia
exultabant et vehementer sibi applaudebant[12], nescio
quid de futura libertate sua ex hoc provenire sibi

a) *sequentem narrationem ab annalibus abhorrentem et additamentis ad a.* 1201. 1208. 1212 *(p.* 84*) simillimam ipsi Continuationi antea defuisse et codici Ienensi a librario Neoburgensi insertam esse facile credas.*

1) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 3835[b]. 2) *Cf. de hoc loco minus perspicuo l. c. nr.* 14765[b]. *et Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 348. 3) *Mense Aprili a.* 1220. *Francofurti electus, die* 8. *Maii a.* 1222. *Aquisgrani coronatus est.* 4) *Nuptiae Heinrici regis et Margaretae filiae Liupoldi ducis Austriae die* 29. *Nov. a.* 1225. *celebratae sunt.* 5) *Fridericum et Heinricum; ignoramus, quo anno nati sint.* 6) *Eberhardo II.* 7) *Margareta die* 28. *Martii a.* 1227. *coronata est. De curia Aquensi cf. Winkelmann l. c. I, p.* 498 *sq.* 8) *Die* 23. *Iunii a.* 1222. *Constantia mortua est. W.* 9) *Isabella, filia Iohannis comitis de Brienne, regis Iherosolimitani, die* 6. *Nov. a.* 1225. *imperatori nupsit.* 10) *Conradus die* 25. *Apr. a.* 1228. *natus mense Febr. a.* 1237. *rex electus est; cf. infra p.* 99. 11) *Agitur hic de Tartaris, qui a.* 1221. *Rutenos et Cumanos invaserunt; cf. Cronicam Alberici ad a.* 1221. *(SS. XXIII, p.* 910 *sqq.); Schiemann, 'Russland, Polen und Livland' I, p.* 153. 12) *De hac Iudaeorum spe cf. quae Bresslau in 'Zeitschrift zur Geschichte der Juden' II, p.* 99 *sqq. de Iudaeis et Mongolis narrat. De nomine regis, quem Iudaei* filium David *nominare dicebantur, Zarncke, 'Der Priester Johannes' in 'Abhandlungen der sächs. Gesellschaft der Wissensch.' XIX, p.* 21 *sq. disseruit.*

sperantes; unde et regem[1] illius multitudinis filium David appellabant[a].

1223. Anno MCCXXIII. Orta est pestilentia maxima pecorum et iumentorum, incipiens, ut dicebatur, ab Ungaria et per omnes provincias interiacentes transiens usque ad nos; quae etiam duravit amplius quam per triennium[2]. Eo tempore facta est eclypsis[b] lune statim incipiente sero.

Ipso anno Heinricus episcopus Argentinensis obiit; cui Bertholdus[3] successit. Hic cum esset iuvenis, sano semper utens consilio, in omnibus agendis suis seniorem se gessit in opere quantum ad augmentum sue ęcclesiae, quam suis temporibus plus ditavit quam omnes sui antecessores[4]. Et quocunque se vertebat, prosperis successibus pollebat et monasteria in suo episcopio sita satis humane et sine magno gravamine protexit et fovit atque suis rebus contentus fuit et idcirco gloriosum nomen sibi acquisivit.

1225. Anno MCCXXV. Factum est concilium magnum in Hyspania civitate Burgis[5], cui prefuit quidam cardinalis summe ....[c] legatus nomine Romanus[6], ubi convenerant archiepiscopi, episcopi, abbates, comites et barones aliique prelati supra modum multi. Sub ipso tempore puerulus quidam scolaris nomine Iohannes fuit in Gallya civitate Senonensi, cuius etas tunc temporis computabatur non amplius quam VI annorum, qui tanti dicebatur fuisse ingenii et litterature, quantam prius de tantillo puero nullus se meminit audivisse.

(Nov. 7). Ipso anno venerabilis vir Engelbertus Coloniensis archiepiscopus a quodam comite Friderico de Isinburch consanguineo suo fraudulenter est occisus. Interfector
1226. autem postmodum a civibus Colonie comprehensus crurifragio punitus est[7].

a) *Ann. Colmarienses minores (SS. XVII, p.* 189*) ad a.* 1221 *(loco* 1222*) annotant:* Tartari Ungariam vastaverunt. Falco abbas Marbacensis obiit. *Hanc de morte Falconis notitiam a plenioribus quam adhuc servatis Annalibus Marbacensibus repetendam esse non omnino reicio; cf. supra ad a.* 1214. *p.* 85, *n.* a. b) clypsis *c.* c) sūme legatus *c.; fortasse* summe sedis apostolice legatus *emend.*

1) *Dschingis-Khan.* 2) *Cf. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' p.* 168 *sqq.* 3) *De Teck. W.* 4) *Cf. Chron. Ebersheimense c.* 40 *(SS. XXIII, p.* 452*).* 5) *Concilium istud non apud 'Burgos' Hispaniae, sed apud 'Bourges' Francogallorum civitatem celebratum est; cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' V*[2], *p.* 932. 6) *Cardinalis diaconus tit. s. Angeli.* 7) *Fridericus de Isinburch autumno anni* 1226. *a Balduino milite de Genefia apud Hoyum captus, Coloniensibus venumdatus mense Novembri in rota positus est.*

Eodem anno terre motus factus est in Kalendis Octobris quarta feria circa sero. 1225. *Oct. 1.*

Anno MCCXXVI. *Lůdewicus rex Francie mortifera potione inpotionatus veneno periit[1], et cum eo aliquanti milites. *f. 147'. 1226.

Eodem anno fundata est domus apud Argentinam in honore sancte Trinitatis[2] a Wernhero marscalco non sine grandi impensa Marbacensium[a].

Anno MCCXXVII. Honorius papa obiit; cui Gregorius IX. successit. 1227. *(Mart. 18).*

Ipso anno Lůdewicus provincialis comes Tůringie cruce signatus iter arripuit transmarinum; quem secuti sunt multi nobiles et barones. Inter quos erant[b] Augustensis episcopus[3], Lůdewicus de Kastele, item Lůdewicus senior de Stolberch et alii plures. Qui dum morarentur in civitate Brundisio prestolantes adventum imperatoris, quem de die in diem venturum esse sperabant[4], predictus lantgravius Tůringie[5] et Augustensis episcopus mortui sunt. Dicebatur autem, quod veneni potione mortifera periissent[6].

Eodem anno Bertholdus Argentinensis episcopus, completo fere mense uno in obsidione castri Bernstein, tandem expugnavit et obtinuit illud.

Anno MCCXXVIII. Dissensio gravis orta est inter Bertholdum Argentinensem episcopum et cognatos ipsius comites de Pfirrite[7]. Quae dum magis ac magis in- 1228.

a) impensa Marbac̄ *in loco raso; ultima anterioris scripturae vox* impensa *pro certo adhuc legi potest; quattuor litteras inter* grandi *et* impensa *prius scriptas recognoscere mihi non contigit.* b) erat *c.*

1) *Ludowicus VIII, post expugnationem Avinionis civitatis Parisius rediens, die* 8. *Novembris obiit. De referentibus eum venenatum esse cf. Petit-Dutaillis, 'Le règne de Louis VIII.' p.* 326. 2) *Cum iam anno* 1225. *Fridericus abbas de Marbach et B. prior Sanctae Trinitatis cum Eberhardo cellerario et quibusdam fratribus suis in dissensione inter Wernerum marscalcum Argentinensem et hospitale Argentinense mediatores extiterint (Wiegand, 'Strassburger Urkundenbuch' I, p.* 161, *nr.* 199*), fieri potest, ut monasterium S. Trinitatis iam paulo ante a.* 1226. *inceptum sit. Sane in errorem manifestum inciderunt, et qui recenti epitaphio inducti (cf. Grandidier, 'Oeuvres inédites' III, p.* 21, *n.* 7*) fundationem iam anno* 1150. *factam docuerunt, et qui Wernerum Probum marscalcum (cf. infra Ann. Ellenhardi ad a.* 1233*), filium Werneri marscalci et advocatum Honaugiensem, genti de Huneburg adscripserunt.* 3) *Sigefridus de Rechberg, qui die* 23. *Augusti Brundisii obiit.* 4) *Haec minus recte dicuntur, cum Fridericus ipse copias Teutonicorum Brundisium duceret.* 5) *Ludewicus lantgravius die* 9. *Septembris Ydronti mortuus est.* 6) *Vani erant rumores, de quibus cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 330, *n.* 5. 7) *Ludewicum et Fridericum. Dissensionis causa erat haereditas*

1228. valesceret, tota fere provincia usque ad triennium incendiis et rapinis afflicta est penitus et vastata. Igitur episcopus[1] cum multas sustinuisset iniurias sui et suorum, tandem collecto exercitu ipse et comes Albertus de Habesburch, qui simili modo dampnificatus erat in multis, paraverunt se ad resistendum. Nichilominus et Pfirritenses freti auxilio et favore regalium civitatum et habentes secum in auxilio comitem Egenonem de Vriburch, contrahentes magnam copiam armatorum occur-
(Iun. 8). rerunt eis inter Bladoltsheim et Hyrzfelt[2]. Et facta congressione in fugam versi sunt comites de Pfirrite et eorum adiutores, relinquentes ibi spolia castrorum plurima in papilionibus, in vestibus, in armatura et in animalibus, quae omnia sublata fuerunt a parte adversa; plures ibi mutilati et vulnerati, plurimi captivati sunt. Ex hoc autem Pfirritenses et civitates regis, tantum pudorem et rerum amissionem non ferentes, commoti sunt ira vehementi, cum etiam regis indignatio super hoc accensa fuisset. Et augmentato postmodum exer-
1229. citu, sequenti videlicet anno, villas episcopi plurimas incendio concremantes depopulati sunt[3].

1228. Eo tempore[4] Fridericus imperator iam dudum per plures annos cruce signatus[5] *tandem ad instantiam *p. 176.
domini pape transmarinum iter aggressus fuerat et in regno Cypri aliquandiu morabatur[6].

1229. Anno MCCXXIX. Fridericus imperator veniens
Febr. Acharon[7] ante quadragesimam dirigebat legatos suos ad soldanum[8]. Et post multa colloquia per internuntios habita tandem sine omni congressu et sine sanguinis effusione, tamen condicionaliter, obtinuit civitatem sanctam et quedam casalia in transitu viarum sita. Ipse

Gertrudis filiae Alberti ultimi comitis de Dagsburg, anno 1225. *mortuae. Cf. de hac lite Fritz, 'Das Territorium des Bistums Strassburg'* p. 46 *sqq.*
1) *De his quae sequuntur cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 515 *sq.; Steinacker, 'Regesta Habsburgica' I, nr.* 132. 2) *Die* 8. *Iunii; cf. infra Ann. Argentin. Ellenhardi. W.* 3) *Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.', II, p.* 75 *sqq. Immo de obsidione Argentinae civitatis, quam Heinricus rex circa mensem Septembris a.* 1229. *sine successu incepit, noster nihil tradit; cf. Conradi de Fabaria Casus s. Galli (SS. II, p.* 181*).* 4) *Anno* 1228. 5) *Cf. supra p.* 84. *ad annum* 1213. *Fridericus statim post coronationem Aquisgrani anno* 1215. *crucem accepit.* 6) *A die* 21. *Iulii usque ad* 3. *Septembris imperator in Cypro insula commoratus est. Cf. Böhmer-Ficker nr.* 1732p. v. 7) *Mense Septembri a.* 1228. 8) *Thomas comes de Acerra et Balianus de Sidon ex parte imperatoris tractaverunt. Die* 18. *Febr. a.* 1229. *pactum Friderici cum soldano El-Kamil initum est. Caput ieiunii die* 28. *Febr. erat. W.*

quoque veniens Ierusalem cum peregrinis in dominica 1229.
Letare Ierusalem coronatus et in regio scemate intravit *Mart.*
in templum Domini[1]. Et sequenti die reversus est
factis treugis per decennium, egre ferentibus Hospitalariis et Templariis, quod non eorum consilio, sed magis
Alemannorum consiliis et auxiliis in omnibus uteretur[2].
Reversus[a] vero ad propria[3] invenit terram suam in- *(Iun.)*
vasam ab auxiliatoribus domini pape; quam viriliter
expugnans suo dominio iterato subiecit.

Eodem anno prenuntiatum est a quodam magistro
Toletano, qui dicebatur Andreas[4], et a quibusdam predicatum est in tectis, quod post VII annos venturi sint
venti turbinis tante vehementie, qui edificium omne
destruant et subvertant, *et multas civitates terre motu **f. 148.*
ruituras et eclypsim solis ipso tempore futuram, corruptionem quoque aeris et exinde mortalitatem hominum
et alia quaedam inaudita mortalibus. Hoc idem vaticinium plenius scriptum reperies in hiis eisdem cronicis,
si retro perquiras ante annos ferme XLIIII[5].

Anno MCCXXX. Annuente misericordia Dei et 1230.
compaciente miseriis hominum reconciliati sunt rex
Heinricus et episcopus Argentinensis[6]; et pace reddita
siluit et quievit terra a tumultu bellorum. Adhuc tamen *Ies. 14, 7.*
coloni terre, ęcclesiae et maxime cenobia nullam pacem
habebant. Denique maligni homines, qui pridem de
rapina vivere solebant, cum subtracta esset eis copia
publice predas agendi, furtis et latrociniis nocturnis et
diurnis debachati sunt, effringentes[b] ęcclesias et devo- *Psal. 13, 4.*
rantes plebem Dei sicut escam panis[c].

Anno MCCXXXI. Operante providentia Dei, qui 1231.
ventilat et emundat aream suam, id est ęcclesiam, non *cf. Ruth 3, 2.*
tantum in futuro, sed etiam in hoc seculo, facta est
persecutio contra hereticos, hostes fidei, veritatis inimicos[7]. Quorum multitudo magna latitabat in populo
Dei in civitatibus, oppidis et villis, subvertentes et in

a) Reverso *c.* b) effrigentes *c.* c) panis *in loco raso.*

1) *Non in dominica Laetare, sed iam in dominica Oculi (Mart.* 18*) Fridericus in ecclesia Sancti Sepulcri ipse coronam de altari suscepit.* 2) *Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' II, p.* 97. 112. 3) *Die* 10. *Iunii Brundisii navi applicata, post proelia paucorum mensium Fridericus exercitum Gregorii papae ex regno Siculo expulit.* 4) *De hoc vaticinio Grauert, 'Meister Johann von Toledo' ('Münchener Sitzungsberichte. Phil.-Hist. Kl.'* 1901. *p.* 165 *sqq.) disseruit.* 5) *Cf. supra p.* 56. *ad annum* 1185. 6) *Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' II, p.* 77. 7) *Cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' IV, p.* 867. 882.

1231. errorem mittentes quos poterant de ęcclesia. Quorum
plures comprehensi in presentia cleri et populi convicti
fuerunt. Et inter cetera nefandi erroris sui flagicia
confessi sunt, quod etiam ab esu carnium in quadragesima
non abstinerent, et quod annualem censum transmittere
solebant Mediolanum, ubi diversarum heresum et errorum
primatus agebatur.

1230. Ipso tempore[1] Lůpoldus dux Austrie, vir per
(Iul. 28). omnia catholicus, post multa virtutum suarum insignia
et impensas, quas apud Damiatam cum aliis peregrinis
peregit[2], in Ytalia peregre defunctus obiit.

1231. Eodem anno Lůdewicus dux Bawarie interfectus
(Sept. 15). obiit[3]. Fuit autem transfixus cultello preacuto, quem
nos possumus appellare sicam, a quadam persona, ut
dicebatur, vili et ignota, quales mittere solet quidam
potens qui dicitur senex de Montania. Comprehenso
autem interfectore, cum multis suppliciis torquerent
eum et cogerent ad confitendum, cuius instinctu vel
iussu tantum facinus attemptare presumpsisset, nichil
ab eo poterant extorquęre[a], et sic per omnia membra
laniatus et discerptus periit.

1232. Anno MCCXXXII. Magister Wilhelmus canonicus
de oppido Nůwenburch, quod est in dyocesi Lausunensi,
vir multe abstinentie magneque sanctitatis, adhuc in
vita degens nec minus post mortem miraculis claruit[4].

1231. Ipso anno Fridericus imperator veniens in Ytaliam[5]
(Nov.) aliquandiu apud Ravennam commoratus est. Postmodum
1232. accedens ad partes Aquilegie[6] mandavit filio suo regi
Heinrico, ut sibi in occursum veniret. Ubi dum con-
(Apr.) venissent, tractare ceperunt de statu regni et de pace
reformanda.

Iul. Aug. Ipso tempore per totum Iulium et Augustum per-
mansit continua siccitas et estus multus, ita quod in
locis harenosis ova congesto sabulo imposita post modi-
cum tollerentur assata.

a) *ita c.*

1) *Liupoldus iam die* 28. *Iulii a.* 1230. *apud S. Germanum mortuus erat.* Princeps catholicus per omnia *in Oliveri Historia Damiatina c.* 1 *(ed. Hoogeweg) nominatur.* 2) *Cf. supra p.* 87. *ad annum* 1218. 3) *Cf. Winkelmann in 'Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' XVII, p.* 48 *sqq. et 'Friedrich II.' II, p.* 254 *sq.* 4) *Cf. Chronicon Alberici ad a.* 1231 *(SS. XXIII, p.* 929*).* 5) *Mense Novembri a.* 1231. *imperator ex regno Siciliae ad curiam celebrandam Ravennam se contulit.* 6) *Mense Martio a.* 1232; *mense Aprili Heinricus rex Aquilegiam venit, unde curia apud Civitatem translata est.*

* 177. *Anno MCCXXXIII. Rex Heinricus colloquium habiturus apud Hagenowe[1] convocavit episcopos, comites et barones de Alsatia et fecit iurari pacem. Ipse vero collecto exercitu movit expeditionem adversus ducem Bawarie[2], qui propter mortem patris sui[3] non bene sentiebat cum rege. Dux autem, non valens sustinere tantam multitudinem et impetum regis et suorum, datis obsidibus venit ad deditionem et fecit pacem. 1233. (Aug.)

Interim vero Theodericus comes de Monte Bilgardis fines Alsatie cum armatis intravit ad nocumentum abbatis[4] de Murbach, qui ipsum priori anno vel antea captivaverat. Et iam comes quibusdam captivatis cum preda *cepit abire. Orto autem clamore populi et turbis propter iuratam pacem concurrentibus, capitur ipse comes et in custodia ponitur episcopi Argentinensis. Quem episcopus rediens ab expeditione[5], accepta ab eo cautione quam oportuit, dimisit in pace. 1232? 1233. *f. 148'.

Ipso anno Curiensis episcopus occiditur[6]. (Aug. 25).

Item frater Cůnradus de Martburch, per multa tempora crucis predicator, a malignis hominibus interfectus est. (Iul. 30).

Ipsis temporibus Elysabeth provincialis comitissa Tůringie, filia regis Ungarie[7], uxor Lůdewici quondam lantgravii, qui in itinere crucis apud Brundisium vita decessit[8], mulier sancta et religiosa, post mortem signis et miraculis clarescere cepit[9].

Anno MCCXXXIIII. Hyemps horrida et dampnosa vineis et fructibus per totum Ianuarium duravit. 1234.

Eodem anno Fridericus comes de Pfirrite in captivitate positus a filio[a] occiditur[10]. 1233?

a) a filio *eadem manu superscr.*

1) *Böhmer-Ficker nr.* 4286[a]. *illum conventum mense Iunio exeunte habitum esse credidit, quamvis Heinricum mense Maio Hagenowe moratum esse diplomate constet (Böhmer-Ficker nr.* 4280*).* 2) *Ottonem II; cf. encyclicam Heinrici regis contra patrem (LL. Constitut. II, p.* 431*).* 3) *Cf. supra p.* 94, *l.* 12. *ad a.* 1231. 4) *Hugonis. De prioribus inimicitiis inter ipsum et comitem Theodericum IV. cf. pactum datum a.* 1231. *die* 12. *Aprilis, apud Viellard, 'Documents et mémoires pour servir à l'histoire du territoire de Belfort'* 1884. *p.* 413, *nr.* 356. 5) *Scil. adversus ducem Bawariae.* 6) *Bertholdus de Helfenstein die* 25. *mensis Augusti interfectus est.* 7) *Andreae II. et Gertrudis.* 8) *Cf. supra p.* 91. *ad a.* 1227. 9) *Obiit die* 17. *Novembris a.* 1231; *die* 27. *Maii a.* 1235. *canonizatur; corpus eius Marburgi a.* 1236. *die* 1. *Maii translatum est. Cf. Wenck in 'Histor. Zeitschrift NF.' XXXIII, p.* 209 *sqq.* 10) *Udalricus comes, quamvis ipse patrem*

1234. Eodem anno propter multa mala quae pullulabant in terra marchio de Baden profectus est in Syciliam ad imperatorem [1], suggerens ei, ut intraret Alemanniam pro statu regni ordinando. Quod tamen indigne tulit H[einricus] rex, filius imperatoris.

1235. Anno MCCXXXV. Intelligens rex patrem adventurum, timens eum cepit sibi asciscere amicitias principum et baronum et civitatum suarum. Unde incipiens a Basilea ab omnibus civitatibus suis in Alsatia accepit obsides, ne ab eo resilirent [2]. Disposuit etiam cum illis de Nifen [3] et cum aliis quibusdam, quod bello impetierunt [a] marchionem. Qui certus de adventu imperatoris viriliter se defendit. Misit quoque marscalcum de
1234. Iustingen [4] in Lombardiam [5], ut Mediolanenses sibi confederaret; qui etiam adduxit secum quosdam de melioribus Mediolanensium et partis eorum ad fines istos, ut inter regem et ipsos pactum federis confirmarent.
1235. Episcopum vero Erpipolensem [6] cum H[einrico] de Nife direxit in Gallias ad regem Francie [7], ut cum eo convenirent de matrimonio inter utriusque pueros contrahendo; qui redierunt infecto negotio. Et hec omnia propter timorem patris. Imperator autem circa festum beati
c. Iun. 24. Iohannis baptiste intravit Alemanniam [8]. Quo audito principes et civitates directis nuntiis suis salutaverunt eum quasi de adventu eius gaudentes. Ipse vero im-

a) ierunt *in loco raso.*

interfecerit, fratrem Ludovicum innocentem damnare fecit; cf. Böhmer-Ficker nr. 11196. *Privilegium Udalrici ecclesiae Basiliensi post mortem patris datum (Trouillat, 'Monuments de Bâle' I, p.* 527*) subscribitur:* actum apud Megenhen, anno Domini MCCXXXIII, indictione VII, octavo Kal. Febr.; *sed propter indictionis numerum non ad a.* 1233 *(cf. Steinacker, 'Regesta Habsburgica' I, nr.* 151*), sed ad a.* 1234. *pertinet.*
1) *Mense Novembri Herimannus marchio Precinae et Fogiae apud imperatorem commoratur; cf. Böhmer-Ficker nr.* 2060. 2064. *W. — De causa discordiae marchionis et regis cf. Fester, 'Regesten der Markgrafen von Baden' nr.* 343. 2) *Cf. Ann. Wormatienses ad a.* 1233 *(SS. XVII, p.* 43*); Chron. Ebersheim. c.* 43 *(SS. XXIII, p.* 453*).* 3) *Heinrico de Neiffen cum filiis Heinrico et Godefrido; cf. de isto bello Fester, 'Regesten der Markgrafen von Baden' nr.* 347. 4) *Anselmum. W.* 5) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 4358 *sqq., unde intelligas omnia ista anno* 1234. *exeunte tractata esse.* 6) *Herimannum. W.* 7) *Ludovicum IX. Böhmer-Ficker nr.* 4371 a. *hanc legationem intra menses Februarii et Maii a.* 1235. *missam esse putat.* 8) *Mense Maio in Stiriam venit, mense Iunio apud Nuremberc curiam celebravit.*

perator missis nuntiis invitavit principes ad sollempnem 1235.
curiam celebrandam apud Moguntiam in assumptione *Aug. 15.*
beate Marie. Interea H. rex, filius imperatoris, qui, ut
prius dictum est, plurimos in suum favorem et auxilium
per donativa attraxerat, persuasu cuiusdam Hermanni[1]
magistri domus Theutonicorum et fratris B.[2] eiusdem
domus accessit ad patrem[3]. Qui statim fecit eum haberi
sub custodia et post aliquantulum temporis captum
relegavit eum in regno Apulie, ubi sub arta custodia
tenebatur iusto Dei punitus iudicio[4]. Qui tempore
prosperitatis timorem Dei postposuit et tyrannorum
usus consilio honestos viros contempsit et fedus vere
paternitatis rupit, qui[5] nobile regnum Alemannie in-
tegrum[a] una cum prediis regalibus et reditibus, quos
iure hereditario possederat, sine omni obligatione sibi
reliquerat[6]; et istis divitiis non contentus fere omnia
adnichilaverat. Etiam viros religiosos et monasteria per
tyrannidem opprimebat, et provincia[7] ita attenuata
fuerat, quod nulla pax itinerantibus erat.

Igitur adveniente festo assumptionis convenerunt *Aug. 15.*
principes ex diversis partibus Theutonie apud Moguntiam
usque ad XII milia militum, ubi imperator in octava *Aug. 22.*
assumptionis coronatus incessit[8]. Et in eadem curia
*p. 178. *nobilem virum *dictum de Lûneburch et de Bruneswich[9] *f. 149.
ex regali prosapia oriundum, nepotem Ottonis quondam
imperatoris, de consilio principum fecit ducem. Et
postulavit a principibus auxilium contra Lombardos.

Transacta curia[10] imperator apud Wormatiam cele-
bravit nuptias cum sorore regis Anglie, quam sibi
adduxerat[b] archiepiscopus Coloniensis[11] et alii magnates.
Quam post nuptias misit Hagenowe et cum ipsa ibidem
hyemavit[12].

a) *eadem manu superscr.* b) *ita c.*

1) *Hermanni illius de Salza.* 2) *Bertholdi de Tannenrode.* 3) *Mense Iunio exeunte Heinricus iuxta Wimpinam imperatori se subiecit; Fridericus filium Wormatiam deductum in vincula coniecit. Cf. etiam Acta Gengenbacensia in 'Zeitschrift für die Gesch. des Oberrheins N. F.' IV, p.* 111. *de coniuratione Heinrici.* 4) *Anno* 1236. *Heinricus in Apuliam apud Sanctum Felicem servandus mittitur. Mense Februario anni* 1242. *apud Martoranum obiit.* 5) *Scil. pater.* 6) *Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 355, *n.* 2. 7) *Id est Alsatia.* 8) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 2104[a]. 9) *Ottonem filium Wilhelmi de Luneburg (cf. supra p.* 48, *l.* 12*).* 10) *Falso; Fridericus ante curiam Mogontiacensem Wormatiae die* 15. *Iulii nuptias cum Isabella (quae a Theutonicis Elisabeth vocabatur) sorore Heinrici III. regis Angliae celebravit.* 11) *Heinricus de Molenarken.* 12) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 2126[b] *sqq.*

1236. Anno MCCXXXVI. Imperator et episcopus Argen-
c. Febr. 12. tinensis circa initium XL. pacifice convenerunt de feodo, super quo prius longo tempore inter eos contentio vertebatur[1].

Eodem tempore apud Fuldense monasterium Iudei quosdam pueros Christianos in quodam molendino, ut ex eis sanguinem ad suum remedium elicerent, peremerunt; unde cives eiusdem civitatis multos ex Iudeis occiderunt[2]. Sed cum puerorum corpora in castrum Hagenowe delata et ibidem venerabiliter tumulata fuissent, imperator tumultum, qui tunc contra Iudeos ortus est, aliter sedare non valens multos viros potentes, magnos et litteratos, ex diversis partibus convocans, diligenter a sapientibus inquisivit, utrum, sicut fama communis habet, Iudei Christianum sanguinem in parasceue necessarium haberent, firmiter proponens, si hoc ei de vero constaret, universos imperii sui Iudeos fore perimendos. Verum quia nichil certi super hoc experiri poterat, severitas imperialis propositi, accepta tamen a Iudeis magna pecunia, in brevi conquievit.

Deinde premisit imperator exercitum in Lombardiam
c. Maii 1. circa festum Philippi et Iacobi ad confortandos suos fautores, quibus prefecit Gotfridum dictum Pullaere.
(Aug.) Ipse vero circa autumpnum per vallem Tridentinam subsecutus est cum exercitu[3]. Qui veniens in Lombardiam civitatem Vincentiam cepit[4]. Mantua quoque et Padua venerunt ad deditionem[5].

(1237?) Famosum etiam illum Wolf quondam scoltetum apud Hagenowe[6] una cum filiis cepit et longo tempore in captivitate retinuit, eo quod colonos et homines suos

1) *Controversia* de feudo, quod *Fridericum II.* pro parte progenitorum in bonis *Argentinensis* ecclesiae contingebat, *circiter ab anno* 1219. *vertebatur et apud Argentinam mense Martio a.* 1236. *sopita est; cf. Böhmer-Ficker nr.* 2143. 2137[a]; *Fritz, 'Territorium des Bistums Strassburg' p.* 76 *sqq.* 2) *Eadem fere apud Ann. Erphord. fratr. Praedicatorum a.* 1236 *(Mon. Erphesfurtensia ed. Holder-Egger p.* 92*). De crimine Iudaeorum et de inquisitione ab imperatore postulata cf. Böhmer-Ficker nr.* 2146[a]. 11179. 14727. *et Stern in 'Zeitschrift für die Geschichte der Juden in Deutschland' II, p.* 194 *sqq.* 3) *Mense Augusto Tridentum venit.* 4) *Vincentia die* 1. *Novembris capta est.* 5) *Haec minus recte. Mense Septembri Fridericus per paucos dies Mantuam obsedit nec tamen cepit; deditionem demum post expeditionem Austriacam mense Octobri anni* 1237. *accepit. Padua mense Februario a.* 1237. *in ditionem imperatoris venit.* 6) *Cf. Richerum Senonensem IV, c.* 6 *(SS. XXV, p.* 302*). Cum Wulfelinus etiam mense Iulio anno* 1237. *scultetus de Hagenowe testis subscribatur (cf. Schoepflin, Alsatia diplo-*

in suo districtu iniustis et variis exactionibus plurimum (1237?) vexasset et infinitam pecuniam ab eis coacervasset. Unde tam ipse imperator quam filius rex[1] ipso tempore fere ad XVI milia marcarum ab eo extorserunt[a].

Ipso anno facta est habundantia vini maxima, ita 1236. quod vas unum XL capiens amas vacuum vendebatur pro XX unceis et quartale vini pro denario.

Anno MCCXXXVII. Imperator profectus est in 1237. Austriam. Cui ministeriales ducis de marchia Stirensi se tradiderunt[2]. Inde venit ad civitatem Wiene, quae *(Ian.)* similiter ipsius dominio se subiecit.

Ubi etiam Chûnradum filium suum de uxore transmarina[3] genitum eligi fecit in regem[4]. Quem elegerunt *(Febr.)* archiepiscopi Moguntinus[5] et Treverensis[6] et rex Boemie[7] et dux Bawarie, qui et palatinus comes Rheni[8], consentientibus ceteris principibus, qui aderant, tamen paucis. Et relicto ibi presidio militum rediit ad partes Rheni. Deinde remisit Eberhardum de Eberstein cum CC militibus ad custodiendam civitatem Wiene[9]. Et circa autumpnum reversus est in Lombardiam[10]. *(Sept.)*

Circa festum beati Andreae imperator conflictum *c. Nov.* 30. habuit cum Mediolanensibus, de quibus triumphavit, plurimis de parte illorum captivatis, inter quos erat filius ducis Venetiae[11], multis etiam ex parte sua prostratis[12]. Post victoriam tradidit se Lauda civitas[13], quam munivit forti presidio militum, sicut oportuit.

Et nota, quod ante autumpnum ipsius anni vendebatur quartale vini pro XVI denariis, cuius tanta fuerat habundantia in anno priori.

a) *totam hanc narrationem de captivitate Wulfelini sculteti Continuationi Neoburgensi antea defuisse et postea demum a librario Neoburgensi additam esse, satis verisimile mihi videtur; cf. commentarium meum.*

matica I, p. 381*), non antea depositus esse videtur. De ipso cf. Niese, 'Verwaltung des Reichsguts' p.* 145 *sqq., et J. Becker, 'Die Geschichte der Reichslandvogtei im Elsass' p.* 2 *sqq.* 1) *Conradus.* 2) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 2244. *Ducatus Stiriae in nativitate dominica anni* 1236. *imperatori se subiecerat.* 3) *Mater erat Isabella filia regis Iohannis Hierosolymitani; cf. supra p.* 89. 4) *Mense Februario; cf. Böhmer-Ficker nr.* 4386. *W. De electione cf. quae Seeliger in 'Mitteil. des Inst. f. österreich. Gesch.' XVI, p.* 88 *sqq. egit.* 5) *Sigefridus III. de Eppenstein. W.* 6) *Theodericus. W.* 7) *Wenceslaus. W.* 8) *Otto II. W.* 9) *Mense Iulio Eberhardus curiae imperiali Spirae aderat; cf. Böhmer-Ficker nr.* 2260. 11211[a]. 10) *Mense Septembri Italiam intravit.* 11) *Petrus Teupulus potestas Mediolani.* 12) *Victoria apud Curtem-novam die* 27. *Novembris reportata hic indicatur.* 13) *Die* 12. *Decembris.*

*f. 149'. 1238. *Anno MCCXXXVIII. Moguntinus et Spirensis[1] episcopi cum aliis multis profecti sunt ad imperatorem, (Aug.) quorum consilio et auxilio civitatem quandam Prissanam nomine, Mediolanensium fautricem, obsedit. Cui cum (Nov.) prevalere non posset, secessit inde et remittens[a] *filium suum cum archiepiscopo, cuius etiam tutele commisit eum. *p. 179.

(Febr. 17). Eodem anno mortuus est Heinricus Basiliensis episcopus; et electus est Lůtoldus de Rotilnheim[2].

(Mart. 26). Mortuus est etiam Coloniensis episcopus[3]; et electus est frater comitis de Hohenstaden[4].

Heinricus etiam comes provincialis Alsatie decedens sine herede, feoda plurima, quae tenebat ab imperio et episcopatu et ab aliis, ad dominium suae proprietatis sunt revocata, quia frater eius[5] in ipsis feodis nichil iuris habebat. Et uxori eius nichil aliud remansit nisi pauca predia, quae eiusdem erant[6]. Quae pauco tempore post elapso enixa est filium[b, 7].

1262. Anno[c] Domini MCCLXII. Kalendas Novembris obiit Nov. 1. frater Richardus heremita Pfaffenbornen[8].

Continuationes Argentinenses.

1308. (Iul. 31). Anno[d] Domini MCCCVIII. Mense Augusto — eodem anno quo interfectus fuit domnus Albertus Romanorum rex a Iohanne duce, filio fratris sui — factus est conflictus inter cives magnatos et vulgarem populum civitatis Argentinensis et precipue Nicolaum scultetum dictum Zorn, qui fuit causa efficiens huius conflictus.

a) *ita c.* b) *in reliquo spatio lineae et in lineae sequentis parte librarius anni* 1262. *pauca scripserat, quae tamen statim erasa esse videntur.* c) *haec post finem Cronicae manu C scripta sunt.* d) *quae sequuntur post notitiam a.* 1262. *in fol.* 149'. *a diversis librariis inserta sunt; haec manu D scripta.*

1) *Conradus V. de Eberstein.* 2) *De Lutoldi origine et gente cf. Trouillat, 'Monuments de Bâle' II, p.* 53, *n.* 1, *et Vautrey, 'Evêques de Bâle' I, p.* 207. 3) *Heinricus de Molenarken die* 26. *Martii a.* 1238. *obiit.* 4) *Conradus archiepiscopus, frater Lotharii comitis, mense Aprili electus est.* 5) *Theodericus comes de Rixingen.* 6) *Paulo ante mortem Heinricus lantgravius uxori suae Elisabethae de Montfort Hipshemii vicum concesserat.* 7) *Heinricum Sigebertum, cui, cum adolevisset, feoda lantgraviatus restituta sunt; cf. Schoepflin, Alsatia illustrata II, p.* 523 *sq.* 8) *Cum Pfaffenbornen villa (Altpfaffenbronn) prope monasterium Novum-castrum sita sit, hanc notitiam in ipso monasterio scriptam esse patet; cf. Schulte in 'Mitteil. des Inst. für Oesterreich. Gesch.' V, p.* 538.

Prevaluerunt in prefato conflictu Nicholaus sclultetus[a] 1308.
antedictus cum suis parentibus; cecideruntque de vulgari populo una die XX viri[1].

Anno[b] Domini MCCC. et nondum XII, die beati 1311.
Stephani audita sunt tonitrua, et vise sunt choruscaciones. Dec. 26.

Anno[c] Domini millesimo CCCXXXII. in die beati 1331?
Stephani circa crepusculum noctis vise sunt choruscaciones horribiles, audita sunt tonitrua terribilia, et grando mirabilis cecidit super terram. Prophetia Hiltgardis[2]: *Si in mense*[d] *Decembri tonitruum sonuerit, anone habundanciam, pacem et concordiam significat.* Dec. 26.

Anno[e] Domini MCCC. tricesimo quinto, IIII. Ka- 1335.
lendas Novembris, que tunc fuit dominica proxima ante Oct. 29.
festum omnium sanctorum, et circa horam vespertinam venit ventus nimis horribilis et validissimus, qui de nostro pinnaculo[3] seu campanili eiecit crucem cum suo gallicano. Item evulsit radicitus per totam Alsaciam infinitas arbores in nemoribus, campis, villis et castris. Denudavit insuper multa tecta domuum, que cum magnis sumptibus vix fuerant restaurata.

---

*Anno[f] Domini MCCLXXXVIII. Idus Iulii obiit *f. 150. 1291.
Růdolfus rex[4]. Iul. 15.

Anno Domini MCCXCVIII. Occisus est Aldolfus[a] 1298.
rex Processi et Martiani[g]. Iul. 2.

Anno Domini MCCCVIII. Philippi et Iacobi inter- 1308.
fectus est Albertus[h] rex. Maii 1.

Anno Domini MCCCXIII. Bartholomei apostoli 1313.
H. inperator veneno intoxicatus fuit[5]. Aug. 24.

---

a) *ita c.* b) *haec manu E scripta.* c) *haec manu F scripta.* d) Ianuario *post* mense *prius scriptum delet.* e) *manu G scripta.* f) *sequentes notitiae annorum* 1288—1313. *in fol.* 150. *manu H scripta.* g) *ita c.; lege* Martiniani. h) est *post* Albertus *delet.*

1) *Cf. de eodem conflictu Notam cod. Vienn.* 578 *(Univ.* 238*) fol.* 128', *Böhmer, Fontes III, p.* 117; *Closener et Königshofen (ed. Hegel, 'Deutsche Städtechroniken' VIII, p.* 121. *IX, p.* 774*).* 2) *Inter prophetias Hildigardis hunc locum non reperimus.* 3) *Ignoramus, cuius ecclesiae mentio hic fiat; de eodem turbine cf. Königshofen l. c. IX, p.* 864. *et Notam cod. Vienn.* 578. *fol.* 128', *Böhmer, Fontes III, p.* 119, *ubi vero annus* 1336. *legitur; Monum. Erphesfurt. p.* 364. 369. 385 *sq.* 4) *Falso; Rudolfus rex anno* 1291. *mortuus est.* 5) *Vani rumores de intoxicatione Heinrici VII. ubique terrarum spargebantur; cf. Mathiam Nuwenburg., Böhmer, Fontes IV, p.* 186.

(1315.) Versus[a] de tempore magne caristie:

Hoc lateat nullum: tempus famis ecce: CVCVLLVM[1].

1356. Oct. 18. cf. Cont. Math. Anno[a] Domini MCCCLVI. in die beati Luce evangeliste corruit civitas Basiliensis ex vehementi terre motu, et plura castra et alia edificia corruerunt[2]. Unde versus:

Motum dant Luce sex CVLI, quatuor VC[3].

1363. Anno[b] Domini MCCCLXIII. Oportuit dari laboranti in vineis cottidie IIII sol. den. Argentinensium.

1349. Anno Domini MCCCXLIX. Fuit generalis occisio et combustio Iudeorum et circuitus flagellatorum[4].

1350. cf. Math. Et sequenti anno, scilicet L, annus iubileus Rome per dominum Clementem papam sextum institutus et confirmatus[5].

1365. Iul. 4. Anno Domini MCCCLXV. in die beati Udalrici episcopi intravit archipresbiter cum societate[c] Anglicana in Iul. 5. cf. Cont. Math. Alsatiam. Et sequenti die multitudo ipsius societatis apparuit impetuose ante muros civitatis Argentinensis, se offerens ad bellandum. Ex cuius terrore et horrore omnes forenses et incole villarum et camporum circumquaque ad civitates et fortalicia fugierunt. Ad cuius societatis de Alsacia expulsionem Karolus imperator Romanorum et Bohemie rex magnum exercitum congregavit[6].

a) *omnia quae sequuntur 'fol.* 150. *post notas annorum* 1288—1318. *inveniuntur; versus et notitia anni* 1356. *eadem manu I scripta.* b) *notae annorum* 1363. 1349. 1350. 1365. 1367. 1368. *eadem manu K scriptae sunt, quae quamvis manui I simillima, ipsi fortasse non addicenda.* c) sociate *c.*, et *superscr.*

1) *Id est MCCLLVVV = anno MCCCXV. Closener (l. c. VIII, p.* 135*) et Königshofen (l. c. IX, p.* 868*) in cronicis suis ad annum* 1316. *inopiam et caristiam frumenti adnotant. Idem versus (inc.:* Ut lateat*) saepius annalibus illius temporis insertus est; cf. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' p.* 210; *'N. Archiv' XXI, p.* 491, *n.* 3. *XXVII, p.* 186, *n.* 4. 2) *Hanc notitiam invenis in Notis hist. Altorfensibus (cf. infra p.* 123*) et — ad verbum — in Continuatione Mathiae Nuwenburgensis (ed. Huber apud Böhmer, Fontes IV, p.* 292*), ubi plura etiam adduntur; multo prolixius Closener l. c. p.* 136. *et Königshofen l. c. p.* 862. *de eodem terrae motu locuti sunt.* 3) *Id est* 6 × 156 + 4 × 105 = 1356. *W.* 4) *Cf. Mathiam Nuwenburgensem l. c. p.* 261. 265; *Closener p.* 105. 120. 130; *Königshofen p.* 759. 862. 5) *Cf. Mathiam Nuwenburg. l. c. p.* 275; *Königshofen p.* 587. 6) *Totam hanc narrationem paulo ampliatam in Cont. Mathiae Nuwenburg. invenis l. c. p.* 293; *cf. etiam Königshofen p.* 486 *sqq. De hac invasione nuper egit H. Witte in 'Jahrbuch des Vogesenclubs' XIII, p.* 3 *sqq.*

Sequenti die beati Ypoliti martiris venit ventus 1365.
nimis horribilis, qui fruges in campis et arboribus *Aug. 13.*
dampnabiliter conquassavit.

Anno Domini MCCCLXVII. in die beati Luce evange- 1367.
liste Friburgenses sunt occisi per comitem Egen et suos *Oct. 18. cf. Cont.*
adiutores[1]. *Math.*

p. 180. *Anno Domini MCCCLXVIII. immediate post pascha 1368.
transtulit se dominus Urbanus papa sextus[2] de Avinione
ad maiorem Romam[3].

Anno[a] Domini MCCCLXXV. Comes de Kusse in- 1375.
travit Alsaciam circa autumnum cum maxima multitudine de universis regionibus congregata et innumerabilem populum interemit; et opidum Wangen intravit et destruxit et combussit preter castrum, quot[b] Burcardus de Wangen obtinuit; et quam plura fortalicia pugnaturus intravit et[c] nobiles quam ignobiles secum captivos duxit. Et sic transcendebat usque ad Aram fluvium inpugnaturus. Ibi aliqui de suis in uno claustro inter[ierunt igne][d. 4].

a) *manu L scripta.* b) *ita c.* c) tam *deest c.* d) *sic Wilmans; paucae litterae nunc deletae.*

1) *Cf. ampliorem narrationem de conflictu civium Friburgensium cum comite Egenone de Friburg in Cont. Mathiae l. c. p.* 294, *quam exscripsit Königshofen p.* 665. 793. 2) *Urbanus V. tunc ecclesiae praefuit.* 3) *Cf. Cont. Mathiae l. c. p.* 294. 4) *Cf. Königshofen l. c. p.* 815. 818. 819.

ANNALES ALSATICI BREVIORES.

I.

ANNALES MAURIMONASTERIENSES.

'Originem trahunt exigui hi annales a vetustissimo Alsatiae coenobio, eoque Benedictini ordinis compote, Maurimonasterio prope Tabernas Alsaticas sito. Qui quidem ortus abunde demonstratur cum abbatum nominibus, quorum a. 1253. *et* 1288. *est mentio facta, tum eo qui in codice annalibus praemissus est titulo:* Maurismunstre. *Exarati enim manu saeculi XVI. leguntur in uno [et exiguo] codice chartaceo bibliothecae caesareae Vindobonensis* 9099 *(antea hist. prof.* 229*), ex quo eos et Boehmerus edidit in Font. rer. Germ. III, p.* 8—10, *et Wattenbachius, ut iis uteremur, transscripsit'.*

Hactenus Ph. Jaffé, qui a. 1857. *Annales Maurimonasterienses in Scriptorum tomo XVII, p.* 181 *sq. Monumentorum Germaniae edidit.*

Ad hanc novam editionem parandam textum codicis benevole mihi transmissi iterum contuli, notas historicas ex integro renovavi. Hoc maximum erat, textum iis rationibus accommodare, quibus in commentario 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' (Pars III, cap. II, § 1*) Annalium Maurimonasteriensium cum ceteris Annalibus Alsaticis et praecipue Argentinensibus consensum explicare conatus sum.*

Monachus ille, qui in monasterio s. Mauri medio saeculo decimo tertio breves has notas conscripsit, in prioribus temporibus enarrandis deperditis ipsis Annalibus monasterii Argentinensis usus est, quos ex variis reliquiis restituimus (Cf. l. c. § 3*). Omnia, quae usque ad a.* 1218. *cum ceteris Annalibus inde profectis consentiunt, litteris mediis (minoribus), non minimis, edenda curavi, ita tamen ut deductis litteris ea exprimerentur, quae Maurimonasteriensis solus servavit. Notitia a.* 1239. *prima ad ipsum monasterium s. Mauri respicit.*

Quae de temporibus Rudolfi regis, inprimis de impostore illo qui Friderici II. imperatoris personam egit, addita sunt, alteri monacho eiusdem monasterii attribuenda esse censeo.

. XVII, p. 181.

*Anno dominice incarnationis[a] octingentesimo XIIII. **f. 3.* 814.
Obiit Karolus rex XV.[1] Kal. Februarii. *Ian. 28.*

Anno Domini millesimo nonagesimo octavo. Ordo Cisterciensis sumpsit exordium. 1098.

Anno Domini millesimo CXXII. Bertoldus dux de Zeringen occiditur Mollesheim[2]. *Ann. mon. Arg.* 1122.

Anno Domini millesimo CXLVII. Conradus et Ludovicus reges pergunt Hierosolymam[3]. 1147.

Anno Domini millesimo CXLVIII. Facta est expeditio Hierosolimam secunda sub Conrado rege et Ludovico rege Francorum et sub Bernardo abbate Clarevallis[4]. 1148.

Anno Domini millesimo CLII. Conradus rex Teutonicorum obiit; Fridericus dux Alemannie sibi in regno succedit[5]. 1152.

Et eodem anno facta est inundatio aquarum maxima[6].

Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo quinto. Fridericus imperator consecratur Rome in imperatorem ab Hadriano papa in magna dissensione Romanorum[7]. 1155.

Anno Domini MCLVIII. Mediolanum obsidetur a Friderico imperatore[7]. 1158.

Anno Domini MCLXII. Mediolanum capitur. Horburg destruitur a comite Hugone de Dagesburc[8]; et Girbaden Hugonis comitis [castrum][b] capitur ab imperatore[9]. 1162.

a) *superscr. c.* b) castrum *om. c.*

1) *Potius* V. Kal. Febr. 2) *Cf. Geneal. Zaringorum (SS. XIII, p.* 736*) et Ann. imperiales Argentin. supra p.* 41. 3) *Cf. Cont. VI. Imaginis mundi Honorii Augustod. (SS. X, p.* 134*).* 4) *Cf. Ann. imp. Arg. supra p.* 45; *Ann. priores cod. Ellenhardi infra p.* 114. *et Notas Altorf. p.* 121. 5) *Cf. supra p.* 46. *et n.* 3. 6) *Haec quoque ex Ann. monasterii Argentinensis profecta esse in commentario (Pars III, cap. II, §* 2*) exposui. Eiusdem anni inundationem refert Cont. Ann. Laub. (SS. IV, p.* 23*); cf. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' p.* 146. 7) *Cf. Ann. imp. Arg. supra p.* 49. 8) *Cf. ibidem p.* 50. 9) *Non dubito, quin haec Annalibus mon. Arg. attribuenda sint; quae in Ann. imp. Arg. ampliore narratione adhuc in Cron. Hohenburg. servata submota sunt. Cf. supra p.* 50, *n.* 4. *et commentarium l. c. §* 2.

cf. Ann. mon. Arg. 1173. *f. 3'. *Anno Domini MCLXXIII.[a] Hiems[1] dura fuit et hominum pestilentia et fames magna et siccitas et fervor maximus[2].

1174. Anno Domini MCLXXIIII. Brabanciones[1] iverunt per terram istam versus Mediolanum[3].

1178. Anno Domini MCLXXVIII. Facta est cedes magna Lagelheim iuxta Columbariam[4].

1179. Anno Domini MCLXXVIIII. Factum est concilium magnum apud Lateranum sub Alexandro papa, in quo fuerunt fere D episcopi et multi alii[5].

1189. Anno Domini MCLXXXVIIII. Fridericus imperator ivit cum exercitu Christianorum contra paganos et ibi submersus est[6].

1197. *Anno Domini MCLXXXXVII. Henricus imperator obiit[7]; *p. 182. et Hulricus comes occisus est[8].

1208. Anno Domini MCCVIII.[b] Philippus rex occisus est[9].

1209. Et Otto imperator sequenti anno ordinatur[10].

1212. Anno Domini MCCXII. Fridericus rex Ciciliae venit in Teuthoniam[11].

Otto expellitur[10].

a) MCLXXVI. *c.; ordo notitiarum et quae alibi de anno* 1173. *traduntur numerum emendandum esse probant; cf. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' p.* 151 *sq.* b) MCC. *c.*

1) *Haec annalista Maurimonasteriensis iam in Annalibus mon. Arg. invenisse mihi videtur; cf. commentarium l. c.* 2) *Inter alia, quae Curschmann l. c. (cf. supra n.* a*) affert, propius ad nostrum accedunt Sigeberti Cont. Aquicinct. (SS. VI, p.* 414*) de hieme et pestilentia, Ann. Magdeburg. et Stadenses (SS. XVI, p.* 193. 347*) de siccitate et fervore.* 3) *De stipendariis militibus qui isti expeditioni interfuerunt cf. Romuald. Salernit. (SS. XIX, p.* 440*):* Fridericus ..., collecta magna multitudine Brebitionum et aliorum conductitiorum militum, Italiam potenter intravit. *Jaffé. — Cf. etiam Ioh. Codagnelli Ann. ad a.* 1174 *(ed. Holder-Egger p.* 9*). De Brabantionibus nuper disseruit Delbrück, 'Geschichte der Kriegskunst' III, p.* 324 *sqq.* 4) *Cf. Ann. imp. Arg. supra p.* 51. *— Certe ad eandem pugnam spectant Ann. S. Georgii (SS. XVII, p.* 296*) a.* 1177*:* In Alsatia pugna magna facta est. 5) *Cf. Ann. imp. Arg., ibid. p.* 51, *et Ann. Arg. fratrum Praedicatorum infra p.* 126. 6) *Cf. Ann. imp. Arg. supra p.* 60 *sq. — Ann. Arg. minores mortem imperatoris solam memoriae tradunt; cf. infra p.* 114 *sq.* 121. 126. 7) *Cf. Ann. Arg. minores infra p.* 114. 121. 126. 8) *De morte Ulrici comitis Ferretensis cf. Ann. imp. Arg. supra p.* 70. *— Haec ex Ann. mon. Arg. desumpta esse pro certo mihi constat; cf. commentarium l. c.* 9) *Cf. Ann. Arg. min. infra p.* 114 *sq.* 121. 127. 10) *Cf. Contin. Arg. Godefridi Viterb. infra p.* 115. *Inde satis verisimile mihi videtur Ann. mon. Arg. de consecratione atque de expulsione Ottonis imperatoris pauca iam retulisse.* 11) *Cf. Ann. priores cod. Ellenhardi et Cont. Godefridi, infra p.* 114 *sq.; Ann. Colmar. minores (SS. XVII, p.* 189*).*

Et priori anno pueri iverunt, volentes transire 1212.
mare siccis pedibus[1]. cf. Ann. mon. Arg.

Anno Domini MCCXVIII. Facta est cedes Gallicorum 1218.
in Rodesheim[2].

Anno Domini MCCXXXVIIII. Hugo huius loci 1239.
plebanus et plebanus Burckardus de Biecke[a] transierunt mare.

*Anno Domini MCCXLVI.[b] Facta est pugna in *f. 4. 1246.
Franckenfurt, et rex Conradus in fugam versus est[3].

Ipso anno Kronenberc destruitur[4].

Anno Domini MCCL.[b] Idibus Decembris obiit Fri- 1250.
dericus quondam imperator. Dec. 13.

Anno Domini MCCLIII. VIII. Idus[c] Augusti obiit 1253.
dominus Gothfridus abbas[5]. Aug. 6.

Anno Domini MCCLVI. Wilhelmus rex occiditur. 1256.

Anno Domini MCCLVIII. Waltherus de Horburc 1258.
occisus est[6].

Anno Domini MCCLX. IIII.[d] Nonis Marcii[7] Hen- 1260.
ricus de Staheleck Argentinensis episcopus mortuus est. Mart. 4.

Anno Domini MCCLXI. Orta est seditio inter 1261.
Waltherum de Geroltsegk episcopum et cives Argenti-

a) *fort.* Bircke *emendandum; certe de loco Birckenwald prope Maurimonasterium sito cogitandum est.* b) *in cod. ordo annorum ita mutatus, ut prius a.* 1250, *deinde a.* 1246. *scripti sint.* c) nōs *c.; recte emend. Jaffé.* d) MCCLXIIII. Nonis Marcii *c.; emend. Jaffé. — Hoc errore seductus librarius mortem Henrici episcopi demum post relationem annorum* 1261—1263. *inseruit.*

1) *Cf. Ann. Arg. min. infra p.* 114 *sq.* 121. 127; *Closener ('Deutsche Städtechroniken' VIII, p.* 101*):* do hettent dorehte kint eine merfart ufgeleit und woltent uber lant mit trucken fussen gen Iherusalem sin gevarn; *plura in Auctario Neoburg. (cf. supra p.* 82*) et in Chron. Ebersheim. c.* 36 *(SS. XXIII, p.* 450*).* 2) *Cf. infra Ann. Arg. min. p.* 116. 127; *Richer. Senon. III, c.* 22, *SS. XXV, p.* 298. — *Cum abhinc hi Annales cum Ann. Arg. minoribus iam non conveniant, annalista exemplar Annalium mon. Arg. hoc loco desinens legisse videtur.* 3) *Cf. Ann. priores cod. Ellenhardi et Cont. Godefridi infra p.* 116 *sq.* 4) *Cf. Mathiam Nuwenburg. l. l. IV, p.* 152; *Richer. Senon. V, c.* 11 *(l. l. p.* 335*); fusius de hoc bello Chron. Ellenhardi (SS. XVII, p.* 121*).* 5) *Cf. Gallia Christ. V, p.* 868, *ubi Gotfridi abbatis mors ad* 8. *Id. Aug. revocatur. Jaffé. — Eundem diem catalogus abbatum usque ad a.* 1746, *extractus ex necrologio, indicat, qui in archivo Carlsruhano inter manuscripta Grandideriana asservatur.* 6) *Cf. Ann. Colmar. minores ad a.* 1259 *(SS. XVII, p.* 191*).* 7) *Cf. apud Wimpheling, Catalogus episcoporum Arg. p.* 61, *epitaphium in capella s. Andreae, ubi Heinricus episcopus sepultus erat, et Necrol. Argent., Böhmer, Fontes IV, p.* 309. — *Necrol. Moguntinum* V. Non. Martii *diem mortis commemorat (cf. Grandidier, 'Oeuvres inéd.' III, p.* 200*). Cf. etiam Wiegand, Bellum Waltherianum p.* 42. *de dissensu notarum Argentinensium.*

1261. nenses. Et clerus iussu episcopi urbe relicta loca adiit peregrina [1].

Eodem anno assumptis secum episcopo Treverensi [2] et episcopo Spirensi [3] aliisque quam pluribus, dictus episcopus prefatam urbem obsedit cum exercitu copioso;
(Iul. 15?) civibusque ab urbe erumpentibus cesus est populus utriusque partis [4].

1262. Anno sequenti egressis ab urbe civibus, collecto
(Mart. 8). exercitu episcopus occurrit eis prope civitatem [5]. Initoque certamine facta est cedes miserabilis in exercitu episcopi; et germanus ipsius episcopi [6] occubuit, multique nobiles sibi adherentes morte miserabili interierunt. Reliqui vero, lantgravius [7], marscalcus [8], dominus de Landsberc [9], dominus de Andlah [10] cum multis aliis captivi ducti sunt. Episcopus autem suorum destitutus solacio apprehensa fuga cum paucissimis equitibus vix evasit [11]. Universi
f. 4'. igitur qui captivi ducti sunt [*] seu qui ferro perierunt fuere amplius quam centum viri ex nobilioribus et fortioribus Alsatiae.

1263. Anno tercio predictus episcopus Waltherus apud Dabechenstein moritur et apud Templarios [a] Dorolves-
Febr. 13. heim sepelitur Idibus Februarii [12].

1266. *Nov. 18.* Anno Domini MCCLXVI. XIIII. Kal. Decembris Ludovicus [b] de Liechtenberg [13] occisus est apud Marley.

a) *ita c.; fortasse emend.* Hospitalarios; *cf. infra n.* 12. b) *an* Heinricus *emend.? cf. n.* 13.

1) *Cf. Bellum Waltherianum c.* 4 *(SS. XVII, p.* 105*).* 2) *Heinrico II. de Finstingen.* 3) *Heinrico II. de Leiningen. Illum expeditionis participem fuisse nusquam alibi traditur. Cf. Wiegand, Bellum Waltherianum p.* 62, *qui hoc — nescio, an iure — reicit.* 4) *Cf. Bellum Waltherianum c.* 6. 7 *(l. c. p.* 106*); Richerum Senon. V, c.* 15 *(l. c. p.* 341*).* 5) *Cf. Notas Altorf. infra p.* 122 *et Bellum Waltherianum c.* 16 *sqq., l. c. p.* 109; *Richer. Senon. l. c.* 6) *Hermannus de Geroldseck.* 7) *Heinricus Sigebertus comes de Werda.* 8) *Eberhardus de Huneburc.* 9) *Nescio quis de hac gente; in Bello Waltheriano c.* 25 *(l. c. p.* 111*)* tres de Landesberg *captivi nominantur; cf. etiam 'Strassburger UB.' I, p.* 376, *nr.* 496. 10) *Eberhardus de Andlau.* 11) *Cf. Bellum Waltherianum c.* 24. 12) *Cf. ibidem c.* 31, *p.* 113 *(ubi episcopus demum* in capite ieiunii *[= Febr.* 14*] mortuus esse dicitur); obiit a.* 1263. *pridie Idus Februarii. — Ad Dorlisheim non Templarii, sed fratres hospitalis s. Iohannis commorabantur; cf. Ingold in Grandidier, 'Nouvelles oeuvres inédites' V, p.* 9. 13) *Certe non advocatus ecclesiae Argentinensis; fortasse de Heinrico de L. cogitandum est, cf. Lehmann, 'Geschichte der Grafschaft Hanau-Lichtenberg' II, p.* 30.

Anno Domini MCCLXXVIII. VII. Kal. Septembris[a] 1278.
occisus est rex Boemiae[1] a rege glorioso Romanorum *Aug.* 26.
Rudolpho.

Anno milleno bis C[b] cum bis quadrageno 1285.
Et quinto Domino nostro de virgine nato
Quidam Diethricus Holtzschůch[2], truphator iniquus,
Cesar et iniustus, idem fuit ignibus ustus.
Quem dedit his penis Rudolphi iussio regis.

Anno Domini MCCLXXXVIII. IIII. Non. Marcii 1288.
obiit dominus Iohannes[c] abbas. *Mart.* 4.

Ipso anno XV. Kal. Aprilis Hagennoe obiit domi- *Mart.* 18.
nus Henricus archiepiscopus Maguntinensis, prius episcopus Basiliensis, de ordine Minorum fratrum.

a) decembris *c.* b) bis CC *c.* c) Ioannes *c.*

1) *Otakarus II.* 2) *Qui asseruit se esse Fridericum II. imperatorem.*

II.

ANNALES ARGENTINENSES MINORES.

1. *ANNALES PRIORES CODICIS ELLENHARDI ET CONTINUATIO ARGENTINENSIS GODEFRIDI VITERBIENSIS.*

Pretiosissimus codex olim Argentinensis, quo commentarii historici rogatu Ellenhardi magni ante monasterium, procuratoris fabricae, conscripti continentur, cum ceteris thesauris monasterii S. Blasii a. 1806. *in Carinthiae coenobium S. Pauli translatus est*[1]. *Inde summa liberalitate Argentinam nobis transmissus est, ut annales ante quinquaginta annos a I. Fr. Böhmer b. m. et Ph. Jaffé b. m. exscriptos denuo excuderem.*

Pars quae nunc prior est et quae folia 1—47. *complectitur anno* 1292. *ab uno librario exarata est. Imagini mundi Honorii Augustodunensis nullo spatio intermisso fol.* 36—36′. *subiuncti sunt Annales priores hoc ordine dispositi*[2]*:* 1140. 1142. 1136 (1126). 1132. 1187. 1190. 1197 (1097). 1198 (1098). 1208. 1211. 1219. 1218. 1214. 1228. 1246. 1262. 1273 (1270)[3].

Pars quae nunc secunda videtur a fol. 48. *usque ad fol.* 65. *altera manu scripta est. Annales posteriores ab a.* 1132—1288 (*f.* 48—49) *praecedunt Chronico quod dicitur Ellenhardi, quod usque ad a.* 1290. *ex mandato eius a Godefrido de Ensmingen notario curiae Argentinensis com-*

1) *De libellis in codice qui dicitur Ellenhardi collectis et de variis casibus, quibus codex per multos annos deperditus iactatus sit, cf. praefationem quam Jaffé editioni SS. XVII, p.* 91—101. *praemisit. Equidem in descriptione codicis saepius verba eius retinui.* 2) *Nonnullos librarii errores correxi, lectiones codicis uncis inclusis addidi. — Quam rationem librarius hoc ordine secutus sit, in commentarii parte III, cap. I,* § 1 *exposui.* 3) *Sub hoc anno pauca de regno et morte Rudolfi adiecta sunt.*

positum est (fol. 50—65*). — Eidem scribae debentur Miracula S. Mariae Argentinensis (fol.* 94—97*); deinde Catalogus episcoporum Argentinensium usque ad Conradum de Lichtenberg a.* 1273. *electum. Haec omnia a.* 1290. *exarata certe tunc demum post alteram partem a.* 1292. *scriptam posita sunt, cum Ellenhardus codicis partes connectendas curavit* [1].

Alii librarii [2] *fol.* 49′. *notas historicas ab a.* 1292—1297. *Annalibus posterioribus subiunxerunt, fol.* 66. *narrationem de rebus a Rudolfo novissime gestis et de eius morte atque de electione Adolfi regis Chronico adiecerunt, fol.* 98′. *pauca de Conrado episcopo mortuo et de Friderico de Lichtenberg electo Catalogo inseruerunt* [3].

Primo I. Fr. Boehmer a. 1853. *utramque annalium seriem mutilam, in unum contractam, in lucem protulit* [4], *paulo post a.* 1857. *Ph. Jaffé quoque utramque, integram quidem* [5], *in unam coniunxit. Quo factum est, ut, quae ratio inter eos intercedat, adhuc non perspiciatur. Neque enim Annales priores et posteriores codicis Ellenhardi ex eodem exemplari exscripti sunt, id quod Jaffé contendit, sed ex duobus disiunctis opusculis profecta, quae quidem ex uno fonte, scilicet ex Annalibus Argentinensibus minoribus, hausta sunt.*

In commentario 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' [6] *evici Annales monasterii Argentinensis, quos praesertim ex Annalibus imperialibus et Annalibus Maurimonasteriensibus restituere nobis contigit, ab anno* 1132. *usque ad a.* 1218. *vel paulo amplius productos a quodam canonico ecclesiae Argentinensis in breve coactos et vel ab ipso vel a sociis suae aetatis rebus auctos esse. Hi annales, quos Argentinenses minores vocamus, ipsi quidem deperditi sunt, sed ex iis complura excerpta ad tempora nostra pervenerunt. Quae quibus modis et quam arcte inter se coniuncta sint, cum doctos adhuc effugerit, primum nobis exponendum est.*

1) *Cf. Jaffé l. c. p.* 97. 2) *Jaffé notitiam a.* 1297. *a prioribus segregavit.* 3) *De reliquis partibus codicis hic dicendum non est.* 4) *Fontes rerum Germ. III, p.* 113—117. 5) *SS. XVII, p.* 101—104. — *Nullius pretii est editio a.* 1786. *a Ph. A. Grandidier, rerum Alsaticarum scriptore, ex codice Ellenhardi parata, a.* 1868. *ex scripto eius vulgata. ('Chronique de Godefroi d'Ensmingen. Tirée des Chronicalia de P. A. Grandidier. Annotée par J. Liblin'. Strasbourg* 1868*). Cf. Hegel, 'Deutsche Städtechroniken VIII, p.* 58, *n.* 1. *Grandidier notis Annalium excerpta Chronici inseruit, alia ad arbitrium suum addidit; cf. commentarium p.* 25. 6) *Pars III, cap. I.*

I. Non multo post a. 1246. Annales minores in epitomen satis tenuem ab a. 1132—1246. coactae et ita duabus cronicis, paucis hic illic mutatis, subiuncti sunt. Quarum altera erat liber Godefridi Viterbiensis qui Pantheon inscribitur, altera Imago mundi Honorii Augustodunensis.

Godefridi quae dicitur Continuatio Argentinensis[1] iam non in exemplari, cui circa a. 1246. inserta est, sed in apographo eius, priore parte cod. Lat. Monacensis nr. 21259. exeunte saec. decimo tertio una manu exarata[2] fol. 223. post catalogum paparum et imperatorum exstat. Ibi igitur epitome, pluribus omissis, ceteris accuratius exscriptis, nobis servatur; unde conicias ea quae sola Continuatione Godefridi ad nos pervenerunt ex ipsa epitome desumpta et ad Ann. Argentinenses minores referenda esse. Sane pro certo haec omnino non constant.

Alterum illius breviarii exemplar Imagini mundi Honorii subiunctum est. Ubi cum ea quae ad a. 1246. de proelio apud Frankenfurt commisso narrantur a Continuatione Godefridi recedant[3], proxime accedant ad Continuationem Argentinensem Honorii Augustodunensis inter annos 1246—1249. conscriptam, quae Chronico Ellenhardi subiecta est[4], auctor huius Continuationis epitomen Annalium Arg. minorum in codicem Imaginis mundi paulo post a. 1246. transtulisse[5] et relationem illius anni ipse transformavisse videtur. Nec plane reiciendum sit, si quis ipsum auctorem Continuationis Honorii contendat Ann. Arg. minores in epitomes formam circa a. 1246. redegisse.

Inde patet scriptori prioris partis codicis Ellenhardi a. 1292. codicem Honorii praesto fuisse, quo Imagini mundi epitome a. 1132—1246. subiuncta fuerit; ipse, nisi fallor, in iis quae ad a. 1228. notantur pauca mutavit[6] et breves notas historicas a. 1262. et 1273. adiecit, mortis etiam Rudolfi mentione addita.


1) Edita est a G. Waitz b. m. SS. XXII, p. 341 sq. Cf. quae de codice disseruit ibidem p. 14 sq. V. Cl. G. Leidinger Monacensis mecum ea communicavit, quae de aetate et de scriptura codicis ad editionem nostram parandam alicuius momenti esse possent; ipse iterum Continuationem cum editione ad litteram accurate contulit. 2) Fol. 57—232, non, ut G. Waitz censuit, diversis manibus scripta. 3) Cf. commentarii pars III, c. I, § 1. 4) L. c. probavi priorem partem Chronici Ellenhardi usque ad a. 1249. illis temporibus Argentinae scriptam et Catalogo imperatorum ex Honorio desumpto additam esse. 5) Nota praesertim, quod Heinricus de Thuringia serenissimus nominetur (cf. p. 116, n. g). 6) Cf. infra p. 116, n. c.

II. Magni pretii nobis sunt excerpta brevia annalium, quae A. Schulte in codice olim Altorfensi detexit atque sub titulo Notarum historicarum Altorfensium edidit[1], *cum prior et maior pars earum usque ad a.* 1262. *certe ex Ann. Arg. minoribus desumpta sit*[2].

III. Circa a. 1252. *fratres Praedicatores Argentinenses Annales minores in usus suos converterunt, exemplar — nescio an ad a.* 1251. *productum — notis historiam ordinis s. Dominici vel conventus Argentinensis illustrantibus augentes, alia de ultimis annis Friderici II. ab a.* 1240. *addentes; ab a.* 1252—1261. *novos annales condiderunt*[3]. *Hi Annales Argentinenses, quos fratrum Praedicatorum nomine insignimus, quamquam integri ipsi perierunt, tamen magna ex parte in Annalibus posterioribus codicis Ellenhardi adhuc exstant. Notas enim historicas, quae secunda manu ibi descriptae sunt, ab a.* 1132. *usque ad a.* 1275. *fere omnes ex Annalibus fratrum Praedicatorum profectas esse mihi persuasum habeo.*

Alia vestigia eorundem Annalium usque ad a. 1260. *in Annalibus Colmariensibus minoribus inveniuntur*[4].

Quomodo omnia haec excerpta inter se et cum aliis Annalibus Alsaticis cohaereant et ex Annalibus Arg. deperditis — quos utrosque in commentario meo restituere conatus sum — profecta sint, hoc stemmate[5] *comprehensum propono:*



1) *'Mitteilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsf.' IV, p.* 209 *sqq.*
2) *Cf. commentarium l. c.* § 3 *et infra p.* 119 *sq.*
3) *De his omnibus cf. commentarium l. c.* § 2. *et infra p.* 124 *sqq.*
4) *Cf. ibidem* § 4.
5) *Annales deperditi litteris obliquis expressi sunt.*

His expositis patet Annales priores et posteriores cod. Ellenhardi separatos edendos esse.

Utraque annalium horum series cum ceteris libellis in codice Ellenhardi collectis Friderico Closener et Iacobo de Koenigshofen fundamentum historiae Argentinensis enarrandae praebuit.

ANNALES PRIORES COD. ELLENHARDI.

*f. 36. 1132. *Anno MCXXXII. Conbusta est Rodesheim.

1136. Anno MCXXXVI.[a] Facta est cedes inter episcopum Gerhardum[b] et Fridericum ducem in Duncenheim[1].

1140? Anno MCXLII.[c] Combustum est monasterium Argentinense[2].

1148. Anno verbi incarnati MCXL.[d] Facta est expedicio Iherosolimitana a Cůnrado et Bernhardo abbate[3].

1187. Anno MCLXXXVII. Capta est Iherusalem a[e] Saldino.

1190. Iun. 13 (10). Anno MCXC. Idus Iunii[4] submersus est Fridericus imperator[5] in flumine Salef.

1197. Sept. 29. Anno MCXCVII.[f] Heinricus imperator mortuus est[5] a festo Michahelis[6].

1198. Anno MCXCVIII.[g] Capta est Haldenburc, et Molsheim destructa[7].

1208. Iun. 21. Anno MCCVIII. Rex Philippus occisus est a festo Albani.

1212. Anno MCCXI. Fridericus rex venit in partes Alemanie[8].

Eodem anno fuit iter stultorum puerorum[9].

a) MCXXVI. *c.* b) *ita c.; lege* Gebhardum. c) *lege* MCXL. Secundo; *cf. infra n.* 2. d) *ita c.; lege* MCXLVIII. e) Iherusalemla Saldino *c.* f) MXCVII. *c.* g) MXCVIII. *c.*

1) *Cf. supra Ann. imp. Arg. p.* 44, *ubi pugna apud* Gugenheim *facta esse dicitur.* 2) *Cf. ibidem p.* 45. *ad a.* 1140. *et infra p.* 120. — *Annales nostros ad idem secundum incendium respicere pro certo mihi constat; cf. commentarii partem III, cap. I,* § 5. 3) *Cf. Ann. imp. Arg. et Ann. Maurimon. supra p.* 45. 105. 4) *Potius* IIII. Idus Iunii, *cf. Notae Altorf. infra p.* 121. *et n.* d. 5) *Cf. Ann. Maurimon. p.* 106. 6) *Potius* pridie festo Mich. 7) *Fusius de hac expeditione Philippi regis Ann. imp. Arg. supra p.* 73. 8) *Cf. Ann. Maurimon. p.* 106. *et Ann. Colmarienses minores ad a.* 1214 *(SS. XVII, p.* 189*); re vera Fridericus in partes Theutonicas mense Septembri a.* 1212. *intravit.* 9) *Cf. Ann. Maurimon. l. c. p.* 107. *ad eundem annum* 1211; *sed haec expeditio puerorum a.* 1212. *facta est; cf. supra Auctarium Neoburg. p.* 82.

CONTINUATIO ARGENTINENSIS GODEFRIDI VITERBIENSIS.

XXII, 341. *Anno verbi incarnati MCXL.[a] Facta est expeditio Iherosolimitana a Bernhardo abbate. **f. 223.* 1148. *cf. Ann. priores.*

Anno MCXC. Submersus est Fridericus imperator in flumine Saleph. 1190.

Anno MCCVIII. Philippus rex occisus est festo Albani. 1208. *Iun.* 21.

Otto regnavit tribus annis[1]. 1209.

Eodem tempore venit Fridericus rex in Alemanniam. 1212.

Eodem anno fuit iter puerorum.

Et expeditio super hereticos ad civitatem Dolosam[2].

a) *ita c.; lege* MCXLVIII.

1) *Cf. Ann. Maurimon. supra p.* 106, *ubi ad a.* 1209. *ordinatio, ad a.* 1212. *expulsio Ottonis imperatoris relata.* 2) *Cf. Auctarium Neoburg. supra p.* 83.

1214. Anno MCCXIIII. [Occisi[a]] sunt Lupi[1].

1218. Anno MCCXVIII. Facta est cedes in Rodesheim[2].

1219. Anno MCCXVIIII. Capta est Darmiat[b].

1228. Anno MCCXXVIII. Argentinenses[c] obtinuerunt triumphum contra quatuor[d] civitates sub episcopo Bertoldo et primicerio[e] comite Alberto de Habethburch[3]. Iun. 8. *f. 36'. *Accidit hec cedes apud Bladolzheim VI. Idus Iunii.

1246. Anno MCCXLVI. Factus est conflictus[f] inter duos reges in campo Frankenfurt, videlicet Cůradum filium Friderici imperatoris et Heinricum serenissimum[g] a sede apostolica et per archiepiscopos[h] Alemanie et episcopos in regem promotum. Cui H. Dominus dedit victoriam Aug. 5. in festo sancti Oswaldi regis[4].

1262. Anno Domini MCCLXII. Habitus est conflictus inter episcopum Argentinensem, Walterum videlicet de Gerolzeck, et cives Argentinenses. Et ipsi cives anno

a) Occ. *om. c.; cf. infra Ann. Arg. fratrum Praedic. p.* 127. b) Darmat *c.* c) *hic prior nota Ann. Arg. minorum (cf. Cont. Godefridi) — nescio an a scriptore cod. Ellenhardi — suppressa et alia suppleta est; cf. commentarii partem III, c. I,* § 1. d) *ita c.; fortasse* quatuordecim *emendandum; cf. in sequenti pagina l.* 4. *et n.* 2. e) primiterio *c.* f) confl. *bis scriptum, alterum delet.* g) fenrissimum *c.; emend. recte Jaffé.* h) archiepiscopatos *c.*

1) *Haec gens nobilium Alsatiae inferioris commemoratur in tabula a.* 1189: Burcardus de Argentina, qui cognominatus est Wolf *('Strassburger UB.' I, p.* 105, *n.* 1*) et in notitia a.* 1224—1228: Alberto de Sneckinburg, quando captus fuit a Lupis *(l. c. IV, p.* 26*); cf. etiam* Wolfhelmus et Otto dicti Lupi de Ergiresheim *(ib. I, p.* 175*). — Cum hac caede, die* 23. *Ian. facta, quodammodo certe cohaeret sententia contra Burcardum Lupum lata, de qua legis in diplomate Friderici II,* 1214. *Febr.* 20. *Augustae fratribus ordinis Theutonici dato (Winkelmann, Acta imperii I, p.* 100, *nr.* 119*):* confirmamus . . . bona in villa que dicitur Ingemarsheim, que predicte domui contulit Burkardus Lupus miles quidam per iustam sententiam a nobis dampnatus, qui dum exigentibus meritis suis dampnacionis sue a nobis in se dictam [sententiam] audivisset, pro remedio et salute anime sue . . . supradicta bona in Ingemarsheim in presencia nostra et in presencia omnium illorum, qui nobiscum in eodem fuerunt iudicio, contulit. *Iudicium Hagenowe factum esse videtur; cf. Böhmer-Ficker nr.* 714[a]. 2) *Cf. Ann. Maurimon. p.* 107. *et plura apud Richerum Senon. III, c.* 22 *(SS. XXV, p.* 298*). Gravium damnorum, quibus Argentinenses tunc a Theobaldo duce affecti sint, mentio fit in pacto a.* 1229. *cum civibus Sarburgensibus inito ('Strassburger UB.' I, p.* 170*).* 3) *Cf. Cont. Neoburg. supra p.* 92. *— In Chronico Ellenhardi (SS. XVII, p.* 123*) Albertus comes* dux milicie et vector vexilli civitatis Argentinensis *appellatur.* 4) *Haec cum priore parte Chron. Ellenhardi (l. c. p.* 121*) ita consentiunt, ut eidem auctori istam continuationem Argentinensem Honorii Augustodunensis et haec non multo post a.* 1246. *scripta attribuas. Cf. commentarium l. c.* § 1.

p. 342. Anno MCCXVIII.[a] Capta est urbs Damiat. 1219.

Anno MCCXXVIII. Berhtoldus[1] episcopus et civitas 1228.
Argentinensis habuerunt triumphum apud villam Bladolvesheim contra XIIII civitates regis[2] festo Medardi. *Iun.* 8.

Anno MCCXLVI. Rex[3] Heinricus de Duringia et 1246.
episcopi ceterique fautores ecclesie habuerunt victoriam apud Frankenfurt contra Cuonradum filium Friderici excommunicati imperatoris festo Oswaldi[4]. *Aug.* 5.

a) *ita c.; lege* MCCXVIIII.

1) *Cf. Ann. Colmarienses minores (SS. XVII, p.* 189*). — Continuatione Godefridi hic textum Ann. Arg. minorum melius servatum esse quam Ann. prioribus cod. Ellenhardi in commentario (Pars III, c. I,* § 1*) probare conatus sum.* 2) *Nota, quod Closener in Cronica sua ('Deutsche Städtechroniken' VIII, p.* 102*) de quatuordecim civitatibus loquatur. Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 515*, et commentarium l. c.* 3) *De his cf. commentarium l. c.* 4) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 4510[b].

1262. Mart. 8. Domini predicto feria IIII. post dominicam Reminiscere victoriam habuerunt[1].

1273. Anno Domini MCCLXX.[a] Comes de Habechsburc Rûdolfus per principes electus est apud Frankenfurt Sept. 29. festo Michahelis[2].

1285. Cuius tempore exustus est Theodericus Holzschûc, qui finxit se esse cesarem[3]. Et idem rex Rûdolfus 1291. Iul. 15. regnavit XVIII annis et obiit in divisione apostolorum[b].

a) *ita c.; recentior manus in margine addidit:* III. b) *recentior manus saec. XVIII. addidit haec:* anno Domini 1291. Cui successit Adolphus de Nassauw. Hic postea occubuit in proelio, quod habuit contra Albertum filium praefati Rudolphi, electum in regem Romanorum. *Jaffé.*

1) *Haec cum Catalogo episcoporum codicis Ellenhardi (SS. XVII, p.* 118*) iam anno* 1290. *conscripto ita coniuncta sunt, ut credas ea ex Catalogo desumpta esse; cf. praef. supra p.* 112. 2) *Curia sollemnis ista die praefixa erat; electio die* 1. *Octobris habita est; cf. Redlich, Reg. imperii VI, p.* 1. 3) *Cf. supra p.* 109.

2. *NOTAE HISTORICAE ALTORFENSES.*

Codex qui sub nr. H 4 in archivo Argentinensi *Alsatiae inferioris asservatur*[1], *quem iterum evolvi, continet 'Ephemeridem Altdorffensem seu relationem omnium quae a prima huius monasterii ad S. Cyriacum in Altdorff fundatione sub quovis illius praesule accidere memorabilia, calculo P. Amandi Trens Argentinensis ac huius monasterii presbyteri professi' a.* 1748. *conscriptam. Auctor ad historiam monasterii illustrandam codice vetustiore nunc deperdito usus est, qui ab illo (f.* 30*) sic describitur:*

Anno 1200. renovavit hic abbas *[scil. Conradus]* Anatolegion[2] Altdorffensis monasterii seu, ut vocant, mortuarium librum scilicet etiamnunc hoc anno 1748. existentem et ex foliis pergamenicis factum formae quadratae, in quo libro denotati sunt dies obitus quorundam huius asceterii abbatum, priorum et monachorum, quin et anniversaria antiqua multaque alia notatu digna et iura, quae hocce monasterium possidebat variis in locis.

A. Schulte, qui primus hoc opus P. Amandi Trens tenebris obrutum recensuit[3], *recte iudicasse mihi videtur notas historicas a.* 1132—1356. *in eo dispersas ex illo 'Anatolegio' per saecula perducto profectas esse. Per totum librum enim invenis in media narratione vel saepius post finem capitum acta singulorum abbatum complectentium breves notas, quae ipso atramento a ceteris distinguuntur. Quibus*

1) *Ad sequentia cf. quae disserui in commentarii parte III, cap. I,* § 3.
2) *Id est 'Thanatologion'.*
3) *'Mitteilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsforsch.' IV, p.* 209—212. — *Ex eodem libro P. Amandi A. Schulte l. c. et O. Holder-Egger SS. XV, p.* 992 *sq. notitiam saec. XIV. (non, ut dicebatur, saec. XIII) de reliquiis a Leone papa allatis ediderunt; Trens eam ex Thanatologio fol.* 50'. *transsumpsit. Commemorantur ibi* reliquie . . . que magnus marescallus Wernerus de Argentina, qui construxit monasterium in Grienenwerde, in universo mundo scilicet collegit. *Wernerus marschalcus fundator est monasterii S. Trinitatis extra muros* in grûnen werde *siti (cf. supra Cont. Neoburg. ad a.* 1226, *p.* 91*), quod a.* 1264. *abbatiae Altorfensi subditum est (cf. 'Strassburger UB.' I, p.* 415*).*

collectis et editis A. Schulte de historiographia Argentinensi optime meruit. Neque enim dubium est, quin annales ita restituti in priore sua parte proximi sint Annalibus Arg. minoribus, qui utrique seriei codicis Ellenhardi fundamento erant. Itaque cum modo ad Annales priores, modo ad posteriores propius accedant, Annales minores ipsos in Notis historicis Altorfensibus exscriptos esse nemo non perspicit. Et usque ad a. 1233. *quidem cum reliquis Annalibus Argentinensibus ad verbum fere concordant; inde vero usque ad a.* 1262. *addita, quae eodem ingenio scripta aeque res Argentinenses tractent ac partibus episcopi faveant, omnia a canonicis Argentinensis ecclesiae conscripta esse videntur, qui res suo tempore gestas memoriae tradebant. Ut in priore Annalium parte, hic quoque diversos auctores laborem suscepisse verisimile est, sed quae cuique auctori tribuenda sint, nequeo dicere.*

Sane Schulte erravit, qui Notis historicis saeculi decimi tertii illa quae ad monasterium Altorfense spectant inseruit[1]. *Ista enim numquam ad Annales pertinuisse, sed ex aliis notis Thanatologii abbatis Conradi a P. Amando descripta esse facile intelliges, si addimenta eodem atramento distincta perlustrabis, quae ad historiam saec. XV. et XVI. respiciunt, ubi apparet auctorem ex libro vetustiore et historica et necrologica adnotata promiscua prout libuerit descripsisse, quae ad eosdem Annales referre minime licet.*

Quae cum ita sint, ne quis miretur, quod et notae a. 1334. 1356, *multo post priores scriptae, cum aequalibus notis Argentinensibus concordent*[2]. *Inde patet Annales Argentinenses minores cum appendice quadam annalium non prius quam post medium saeculum XIV. in monasterium Altorfense inter Argentinam et Molsheim situm allatos in codicem Conradi abbatis transscriptos esse. Utrum iam exemplar in monasterium Altorfense delatum mutilum fuerit, an P. Amandus Trens ad arbitrium suum alia receperit, alia omiserit, in medio relinquimus.*

**f. 23. cf. A. prior. cod. Ell.*

*1132.[a] Anno 1132. Combusta est Rodesheim[b].
1142. Combusta est ecclesia cathedralis Argentinensis[c].

a) *ita c. Antecedit linea praecedenti eodem atramento scriptum:* Hic abbas *[scil. Otto]* obiit 18. Calend. Octob. b) Bodesheim *c.* c) *cf. apud Grandidier, 'Histoire d'Alsace' II, p. LXVII, n.* m *Necrologium abbatiae Altorf. fol.* 67: Anno 1140. Combustum est Monasterium in Argentina.

1) *Cf. infra p.* 122, *n.* a *ad a.* 1254. *et p.* 123, *n.* * *ad a.* 1280. *et commentarium l. c.* 2) *Cf. infra p.* 123, *n.* 1. 2.

1147.[a] Facta est expeditio Ierosolimitana sub Con- *cf. A. prior.*
rado imperatore[b] et sancto Bernardo abbate Clarevallis[1].

*1187. Capta est urbs Ierusalem a Saladino[c]. **f. 25'.*

*1190. IIII.[d] Idus Iunii Fridericus imperator sub- **f. 29'.*
mersus est in fluvio Saleph.

1195. Facta est fames maxima[2]. *cf. Ann. Praed.*

1197. In festo sancti Michaelis mortuus est Hen- *cf. A. prior.*
ricus imperator.

1198. Capta est Haldenburch. . . Item[e] Molshem *cf. ib. et A. Praed.*
a rege Philippo destructa est.

*1208. Rex Philippus occisus est in festo sancti **f. 30.*
Albani in Babenberch.

1211. Constituta est expeditio puerorum[f]. *cf. A. prior.*

*1228. Vineae floruerunt in Aprili et in fine Iunii *cf. A. Praed.* **f. 32'.*
erant maturae.

1232. Magna fuit in Allemannia exorta haereti- *cf. A. Praed.*
corum persecutio, in qua exusti sunt Henricus Aureus, Fridericus Rex, cives Argentinenses[3].

Et sequenti anno mareschalcus Argentinensis[4] [obiit[g]].

1236. Tanta erat vindemiae fertilitas, ut unum 1236.
quartale vini venderetur pro duobus denariis[5].

*1247. Destructus est murus in Hönheim[6]. Et **f. 34.* 1247?
Waltherus marschalcus Argentinensis occisus est[7]. 1251.

a) *ita c.* b) *ita c.; cf. Closener ('Deutsche Städtechroniken' VIII, p. 101).* c) d *e corr.* d) 1194. *c.; certe in Ann. minoribus* MCXC.IIII. e) *cf. apud Grandidier l. c. p. LXVIII, n. r Necrol. Altorf.:* Civitas Molshemensis a Philippo rege penitus destructa est. f) *in serie abbatum Altorf. a.* 1750. *conscripta, quae in archivo Carlsruhano inter manuscripta Grandideriana servatur, sub abbate Conrado legitur:* Anno 1211. facta est expeditio puerorum. g) ob. *om.*

1) *Cf. Ann. imp. Arg. et Ann. Maurimon., supra p.* 45. 105. 2) *Haec fames fortasse eadem, de qua Ann. imperiales Arg. ad a.* 1197 *(supra p.* 71*) referunt. An numerus anni in* 1197. *emendandus? Cf. Curschmann, 'Hungersnöte im Mittelalter' p.* 157. 3) *Cf. Ann. Colmar. min. (SS. XVII, p.* 189*) ad a.* 1229: In Argentina Guldin crematur, ... (wann *c.*) haereticus esse probatur; fuit unus de ditioribus et potentioribus civibus Argentinensis civitatis. *De familia* Guldin (Aureus) *cf. Schulte in 'Strassburger UB.' III, p.* 233, *n.* 2; Hugo Aureus *(cf. ad a.* 1225, *'Strassb. UB.' I, p.* 157, *l.* 33*) a.* 1230. *magister civium erat (l. c. I, p.* 174, *n.* 1*).* — Algot Rex *inter rectores c. a.* 1200 *(l. c. p.* 119*) nominatur.* 4) *Ille monasterium S. Trinitatis apud Argentinam fundavit; cf. supra Cont. Neoburg. p.* 91. *et supra p.* 119, *n.* 3. 5) *Cf. Cont. Neoburg., supra p.* 99. 6) *Si hoc recte anno* 1247. *ascribitur, referendum est ad proelia Heinrici de Stahleck episcopi tempore Heinrici Raspe in Alsatia commissa; cf. Ann. Maurimon., supra p.* 107. *et n.* 4. *At cf. sequentia de morte Waltheri marschalci.* 7) *Waltherus Scultetus, marscalcus Argentinensis ecclesiae, a.* 1251. *Iul.* 3. *obiit. Cf. 'Strassburger UB.' I, p.* 256. 264, *nr.* 343. 348; *IV, p.* 123.

*f. 35. 1251. *1251. Facta est stulta pastorum expeditio in regno Franciae[1].

*f. 39. 1261. Iun. 27. *1261.[a] Dominus de Gerolseck episcopus Argentinensis 5. Calend. Iuli.[b] cum maximo comitatu et manu validissima obsidebat civitatem Argentinensem octo[b] diebus[2].

1262. Febr. 1262. In mense Februario comes Rudolphus[3] obsidebat castrum de Mülhusen illudque destruxit ac dominum de Steinburne, fratrem abbatis Murbacensis[c. 4], una cum 60 viris captivavit.

1261. (Dec.) Cives Argentinenses manu armata exiverunt in villas Ernolsen et Kolbsen illasque in praeiudicium Waltheri episcopi Argentinensis incenderunt; quos tamen dictus episcopus mox persecutus est; et ex ipsis civibus circa centum partim capti, partim mutilati sunt[5].

1262. (Mart. 8.) Cives Argentinenses exiverunt in castrum Lampertheim; quibus obviam ivit dominus Waltherus episcopus Argentinensis una cum nobilioribus Alsatiae ac magnum habuerunt invicem conflictum; ex quibus tamen nobilibus maior pars est interfecta, et superstes ab ipsis civibus Argentinensibus captivata[d] est[6].

---

a) *in fol. 36. medio in textu P. Trens eodem, quo reliquae notae scriptae sunt, atramento addidit:* 1254. Hoc anno [obiit *om. c.*] venerabilis Hadwic, quae fuit una ex inclusis in Andelau, quales tunc temporis etiam erant in Altorph. *Haec non ex Annalibus, sed ex necrologio codicis Conradi descripta esse mihi constat; cf. praef. supra p.* 120. b) *cf. infra n.* 2. c) *ita c.* d) captivatus *c.*

Si igitur marscalcus in pugna apud Hönheim commissa occisus est, haec etiam ad a. 1251. *referenda esset.* 1) *Cf. Richer. Senon. IV, c.* 21 *(SS. XXV, p.* 310*) et Ann. fratrum Praedicat. infra p.* 128. *et n.* 4. 2) *Cf. Ann. Maurimon. supra p.* 108; *Wiegand, Bellum Waltherianum p.* 62, *et Steinacker, Reg. Habsburgica nr.* 331. — *Sane dubium, an dies, quo obsidio coepta sit, hoc loco recte indicetur. Nam die* 26. *Iunii bellum nondum coeptum esse videtur (cf. 'Strassburger UB.' I, p.* 354, *nr.* 469—471*); V. Id. Iulii amici episcopi ex* castris Holzheim *litteras* pro bono pacis *dederunt; die* 15. *Iulii cives ex urbe eruptionem fecerunt* (die b. Margarethae *Bellum Walth. c.* 7, *SS. XVII, p.* 106), *post quam statim indutiae factae sunt (cf. Wiegand l. c. p.* 64*).* 3) *De Habsburg, cf. Bellum Walth. l. l. c.* 13. 14, *p.* 108 *sq. et Richer. Senon. V, c.* 16 *(SS. XXV, p.* 342*).* 4) *Bertholdi de Steinbrunn ex gente Alsatiae superioris; cf. Kindler v. Knobloch, 'Der alte Adel im Oberelsass' p.* 89, *et Gatrio, 'Die Abtei Murbach' I, p.* 312. 5) *His supplentur, quae de hac expeditione in Bello Waltheriano c.* 11, *p.* 107 *sq. traduntur. Unde Wiegand l. c. p.* 68. *recte ad eandem expeditionem probatur retulisse relationem Richeri Senon. V, c.* 15, *l. c. p.* 341: Unde contigit ipsos Argentinenses de civitate incaute exire. Quos milites episcopi invadentes quosdam trucidarunt, quosdam vero captivaverunt. 6) *Cf. Ann. Maurimon. supra p.* 108.

*1334. In festo sancti Georgii perierunt vineae *f. 53'. 1334.
prae nimio frigore, ita ut in tota Alsatia non potuerit Apr. 23.
inveniri unicus botrus[1]; et tamen in sequenti autumno tanta erat vini copia, ut una ohma vini daretur pro tribus solidis denariorum.

*1356.[a] Hoc anno in festo sancti Lucae evangelistae *f. 46'. 1356.
post horam nonam tantus erat terrae motus, ut Basileae Oct. 18.
ipse murus civitatis totaliter corruerit multaque alia aedificia in diversis castris et castellis[2] *.

*) *Praeterea P. Amandus Trens ab a.* 1262. *eodem atramento haec praebet, non ex annalibus, ut censeo (cf. supra p.* 120*), descripta: Fol.* 40': 1280. Anno 1280. circa festum sancti 1280.
Cyriaci ecclesiae Altdorffensis intercessione huius sancti martyris in ecclesia ista quadraginta facta numerantur miracula, inter quae tres mortui ad vitam sunt revocati.

Fol. 41: 1283. Anno 1283. feria 4ª ante festum sancto- 1283.
rum Philippi et Iacobi Conradus episcopus Argentinensis Apr. 28.
consecravit in ecclesia Altdorffensi summum altare in honorem sanctorum Cyriaci et Bartholomaei dedicationemque instituit in dominicam secundam post pascha . . . .

Fol. 56: 1343. Quarto Nonas Aug. obiit hic d. abbas 1343.
[scil. Henricus]. Aug. 2.

Fol. 61: 1345. Hoc anno Idus Iun. obiit in Domino 1345.
hic ipse reverendissimus dominus abbas Wolphelmus, natus Iun. 13.
de Hochvelden.

Fol. 63': 1351. Obiit Franciscus sacerdos et monachus 1351.
huius loci, qui legavit pro fratribus in refectorio annuum censum duorum solidorum.

Fol. 83': 1415 . . . III. Non. Decemb. captus est venera- 1415.
bilis dominus Wilhelmus episcopus Argentinensis in Molshem Dec. 3.
a domino Hugone de Vinstingen decano et consequenter a civitate Argentina et specialiter Tilemanno dicto Kierpfenig[3].

a) 1306 *c.; cf. infra n.* 2.

1) *Cf. Notam hist. cod. Vienn.* 578, *Böhmer, Fontes III, p.* 119, *et Koenigshofen ('Deutsche Städtechroniken' IX, p.* 869*).* 2) *Cf. Cont. Argent. Cronicae Hohenburg. supra p.* 102. *ad a.* 1356. *et n.* 2. 3) *De ceteris notis quae sequuntur cf. commentarium l. c.*

III.

ANNALES ARGENTINENSES FRATRUM PRAEDICATORUM.

Secunda parte codicis Ellenhardi a. 1290. *conscripta, fol.* 48. *incipiente*[1], *Annales quos posteriores supra diximus, praemissis verbis:* Hic incipit pars cronice de eis que acciderunt in dyocesi Argentinensi, *hoc ordine dispositi exstant*[2]*:* 1132. 1136. 1187. 1197. 1214. 1219. 1240. 1253. || 1179 (1279)[3]. 1211 *(D.)*[4]. 1224 *(D.)*. 1251 *(D.)*. || 1216 *(D.)*. 1221 *(D.)*. 1224 *(D.)*. 1225 *(D.)*. 1241. 1251 *(D.)*. || 1245.
f. 48'. 1250. 1248. 1251. || 1252 *(D.)*. 1253 *(D.)*. 1254 *(D.)*. 1255 *(D.)*. 1260 *(D.)*. 1261. 1267 *(D.)*. 1268. 1275 *(D.)*. ||
*f. 49. 1258/59. *1288. 1279. || 1232. 1228. 1208. 1198. || 1219 (1218). 1212. 1190. 1142. || 1228. 1195. 1233. 1206. || 1257. 1259. 1282. *His alius scriptor*[5] *fol.* 49'. *postea subiunxit notas a.* 1292. 1293. 1294. *et* 1297.

Qui numeros annorum et argumenta notitiarum perlustrat, intelliget hanc seriem quodam ordine non carere; at difficilius est discretu, qua ratione ductus scriptor secundus annales, quos in manibus habuit, ita commutaverit et perverterit, ut et quae fratres Praedicatores attingunt a reliquis separata et anni 1132—1251. *cum sequentibus nullo modo permixti sint*[6]. *Quod quibus causis commotus librarius fecerit, in ambiguo relinquamus, id vero maximi momenti nobis est, quod quae praebet sine ullo dubio ex libello quodam profecta sint, quo Annales Argentinenses minores cum additamentis*

1) *Cf. supra p.* 110 *sq.* 2) *Equidem numeros annorum, qui in codice nullo spatio intermisso sequuntur, ita segregavi, ut ratio, quae inter eos intercedat, facilius perspiciatur. Cf. quae de his omnibus in parte III. commentarii, cap. I,* § 2 *accuratius exposui.* 3) *Errores librarii correxi, numeros codicis uncis inclusos addidi.* 4) *Hac littera D. omnia insignivi, quae ad ordinem s. Dominici spectant.* 5) *Cf. supra p.* 111. 6) *Haec, quantum fieri potuit, in commentario l. c. explicare conatus sum.*

et continuatione fratrum Praedicatorum conventus Argentinensis coniuncti fuerint.

Fratres ordinis s. Dominici, qui a. 1224. *mansionem extra muros civitatis prope ecclesiam s. Elisabethae obtinuerant, a.* 1251. *areas infra muros non longe a monasterio S. Mariae donis et emptionibus acquisierunt et ibi annis sequentibus claustrum et ecclesiam construxerunt. Illis temporibus, circa annum* 1252/53, *exemplar Annalium Argentinensium minorum a quodam fratre rerum historicarum studioso, aliis omissis, aliis contractis, transscriptum et quibusdam additamentis a.* 1224—1251. *auctum est, quae partim ordinem s. Dominici et conventum eius Argentinensem respiciunt, partim res inde ab anno* 1240. *gestas memoriae tradunt. Haec a fratribus Praedicatoribus ab a.* 1252. *usque ad a.* 1261. *per singulos fere annos continuata sunt; dehinc pauca ad a.* 1267. 1275. *subiuncta esse videntur.*

Hi Annales Argentinenses fratrum Praedicatorum — nescio quo modo nec quo anno — ad clericos transierunt, qui Ellenhardo magno auctore et duce studium rerum suo tempore gestarum navabant. Ubi nonnulla, nisi fallor, ad a. 1268. 1279. 1282. 1288. *addita sunt.*

Ita factum est, ut a. 1290. *libellus ex Annalibus minoribus ortus et auspiciis fratrum Praedicatorum auctus in monasterium Argentinense rediret, unde antiquissimi civitatis Annales ante unum et dimidium fere saeculum orti erant. Magnus enim Ellenhardus, procurator fabricae Argentinensis monasterii, Annales fratrum Praedicatorum usque ad a.* 1288. *perductos in codice iussu suo conscripto et postea ad hospitalem domum translato exscribendos curavit; quo exemplo, cui tertius scriptor quaedam a.* 1292—1297. *subiunxit, annales illi ad nostra tempora pervenerunt.*

His omnibus, quae, ut accuratius probarem, in commentario operam dedi, re vera fata Annalium minorum et praesertim fratrum Praedicatorum recenseri inde sequitur, quod vestigia alterius exemplaris illius libelli in Annalibus Colmariensibus minoribus animadvertimus. Frater ille ordinis s. Dominici Colmariensis ad breve opusculum suum congerendum praeter Continuationem Neoburgensem Cronicae Hohenburgensis Annales Argentinenses fratrum Praedicatorum nactus ab anno 1211. *usque ad a.* 1260. *exscripsit*[1].

1) *Cf. commentarium l. c.* § 4.

Editionem ita instituendam curavi, ut quam maxime codicem Ellenhardi sequerer; notis criticis ea collegi quae in Ann. Colmariensibus aliter tradita vel melius servata esse videntur. Mediis litteris omnia expressa sunt quae — usque ad a. 1233. — *ex Ann. Argentinensibus minoribus provenerunt. Itaque et in priore parte et in sequenti maioribus litteris expressa sunt illa, quae alibi non leguntur et quae fratres Praedicatores retulerunt.*

HIC INCIPIT PARS CRONICE DE EIS QUE ACCIDERUNT IN DYOCESI ARGENTINENSI.

cf. A. prior. Anno Domini MCXXXII. Combusta est Rodesheim.

Anno eiusdem MCXXXVI. Facta est cedes magna inter episcopum Gerhardum[a] et Fridericum ducem in Dunzenheim.

Anno Domini MCXLII.[b] Combustum est monasterium in Argentina.

1179. *cf. A. imp. et A. Maur.* Anno Domini MCLXXIX.[c] Concilium Romanum sub Alexandro papa tercio temporibus Friderici imperatoris, ubi Theodericus Metensis episcopus deponitur et alii quam plures.

cf. A. prior. Anno Domini MCLXXXVII. Capta est Ierusalem a Salatino rege.

Anno Domini MCLXXXX.[d] Fridericus imperator submersus est. Iste destruxit muros Mediolanenses, et tres reges inde ablati translati sunt in Coloniam[1].

cf. Not. Alt. Anno Domini MCLXXXXV.[d] Facta est maxima fames in terra.

cf. A. prior. et Not. Alt. Anno Domini MCLXXXXVII. Heinricus imperator mortuus est.

Anno Domini MCLXXXXVIII.[d] Haldenburg et Mollesheim destructa sunt a rege Philippo. Eodem tempore predictus rex obsedit civitatem Argentinensem et minime profecit etc.[2].

a) *ita c. ut supra p.* 114; *lege* Gebhardum. b) *lege* MCXL. Secundo; *cf. supra p.* 114, *n.* 2. *Prius* MCC *scriptum*, CC *delet.*, C *cum sequentibus numeris add.* c) MCCLXXIX *c.* d) *prius* MCC *scriptum*, CC *delet.*, C *cum sequentibus numeris add.*

1) *Haec in Ann. Arg. minoribus iam non scripta erant. Utrum a fratribus Praedicatoribus an a librariis qui Ellenhardo duce Annales produxerunt et transscripserunt adiecta sint, discernere nequeo.* 2) *Haec quoque quis addiderit, in dubio relinquamus. Ea ex fonte uberiore hausta esse litteris* etc. *probatur. Cf. Ann. imp. Arg., supra p.* 74, *unde patet obsidionem a.* 1199. *factam esse, et Chron. Ebersheim. c.* 35 *(SS. XXIII, p.* 448*).*

Anno Domini MCCVI. Datum fuit unum quartale vini pro II solidis. Sequenti ebdomada dabatur pro II denariis, et vas vacuum pro duabus libris. 1206.

Anno Domini MCCVIII. Philippus rex occiditur. *cf. A. prior.*

Anno Domini MCCXI. Ordines fratrum Predicatorum et Minorum inceperunt[1] sub Innocentio papa tercio et Ottone imperatore. 1211.

Anno Domini MCCXII. Expeditio puerorum. *cf. Not. Alt.*

Anno Domini MCCXIIII. Occisi sunt Lupi X. Kal. Febr. *cf. A. prior.*

Anno Domini MCCXVI. Ordo fratrum Predicatorum confirmatur[1] a domino Honorio papa tercio[2]. 1216.

Anno Domini MCCXVIII.[a] Cedes Gallicorum in Rodesheim. *cf. A. Maur. et A. prior.*

Anno Domini MCCXIX. Capta est Damiat. *cf. A. prior.*

Anno Domini MCCXXI. Obiit beatus Dominicus[1]. 1221.

Anno Domini MCCXXIIII. Circa XLam inchoata est domus fratrum Predicatorum in Argentina extra muros sub domino H. episcopo de Veringen[3].

Anno Domini MCCXXIIII. Venerunt fratres Predicatores primo in Argentinam[4] sub domino episcopo Heinrico de Veringen. 1224. *Mart.*

Anno Domini MCCXXV. Obiit beatus Franciscus[5]. 1226.

Anno Domini MCCXXVIII.[b] Facta est cedes[c] in Bladolzheim sub domino Bertoldo Argentinensi episcopo dicto de Tecke[d]. *cf. A. prior.*

Anno Domini MCCXXVIII. Vinee floruerunt in Aprili, et mature uve habebantur in festo beati Iohannis baptiste. *cf. Not. Alt.*

Anno Domini MCCXXXII. Facta est persecutio hereticorum[6].

a) MCCXIX. *c., corr. e* MCCIX. b) *cf. Ann. Colmar. minores (SS. XVII, p. 189) ad hunc annum:* Bertholdus episcopus Argentinensis in Bladulsheim homines imperatoris devicit. Messis terminata fuit ante festum s. Iohannis baptiste. c) cedens *c.* d) dco de Tecke *in loco raso.*

1) *Cf. Ann. Colmar. min. (SS. XVII, p. 189).* 2) *Cf. Böhmer-Ficker nr.* 6201. 3) *Heinricus episcopus iam anno* 1223. *mortuus est; ex quo cogi potest verba* sub domino H. episcopo de Veringen *a librario nostro adiecta esse; cf. n.* 4. 4) *Haec ad verbum cum Catalogo episcoporum Argentinensium in cod. Ellenhardi ab eodem scriba exarato (SS. XVII, p.* 117*) concordant et inde desumpta esse possunt; cf. commentarii mei partem III, cap. I,* § 2. *Sane perperam hic et illic annus incarnationis* 1224. *adiectus esset, si fratres Praedicatores re vera sub Heinrico episcopo Argentinam intravissent. Quorum prima in tabulis civitatis mentio facta est ad a.* 1225: priori fratrum ordinis Predicatorum ultra Bruscam *('Strassburger UB.' I, p.* 160*).* 5) *Potius a.* 1226. 6) *Fratribus ord. Praedicatorum Argentinensibus Gregorius papa a.* 1232.

cf. Not. Alt. Anno Domini MCCXXXIII.[a] Wernherus Probus marschalcus obiit.

1240. Anno Domini MCCXL. Facta est discussio inter Gregorium papam et Fridericum imperatorem[1].

1241. Sequenti anno obiit idem papa[1].

Anno Domini MCCXLI. Crux predicata fuit contra Tartaros.

1245. Anno Domini MCCXLV. Concilium Lugdunense sub Innocentio papa IIII. celebratum est, ubi deposuit Fridericum imperatorem[2].

1248. Anno Domini MCCXLVIII.[b] Crux predicata est contra Fridericum imperatorem et suos fautores[3].

1250. Anno Domini MCCL. Obiit Fridericus imperator[1].

1251. Anno Domini MCCLI. Multitudo[1] pastorum in cf. Not. Alt. Frantia congregatur[4].

Anno Domini MCCLI.[c] Temporibus Innocentii pape IIII. et domini H. episcopi Argentinensis transtulerunt se Predicatores ad locum ubi nunc sunt[5].

Anno Domini MCCLI. Intraverunt Predicatores ad locum ubi nunc sunt sub domino H. de Stalecken[5].

a) *cf. Ann. Colmar. min. l. c. ad a.* 1233: Translatus s. Dominicus. *Sanctus a.* 1234. *canonizatus est.* b) *fieri potuit, ut librarius ea hic omiserit, quae in Ann. fr. Praed. de pugna a.* 1246. *apud Frankenfurt commissa notata erant. De qua Ann. Colmar. min. l. c.:* Pugna fuit in Franckfurt. Die Oswaldi Conradus rex Thetonie victus ab episcopis. *Cf. supra Cont. Godefridi p.* 117. *et commentarium meum l. c.* § 2. c) *harum notarum loco in Ann. Colmar. min. l. c.:* Frater Hugo cardinalis legatus cantavit primam missam in area Predicatorum in Argentina. *Cf. infra n.* 5.

mense Decembri mandarit, ut contra haereticos procederent ('Strassb. UB.' I, p. 179); *cf. Chron. Ebersheim. c.* 42, *l. c. p.* 453: *Ann. Colmar. min. supra p.* 121, *n.* 3. 1) *Cf. Ann. Colmar. min., SS. XVII, p.* 189 *sq.* 2) *Cf. ibidem p.* 190, *n.* d. 3) *Cf. de hac praedicatione Böhmer-Ficker nr.* 7649. 7663. 7981. 7990. 7996. 8037: *de fratribus Praedicatoribus, qui partes ecclesiae egerunt cf. ib. nr.* 3765. 3766. 4) *Cum aequalem notitiam Notae Altorfenses (cf. supra p.* 122) *contineant, non omnino reiciendum est hanc quoque ex Ann. Argentinensibus minoribus profectam esse. Abhinc certo fratres Praedicatores suo Marte opus producebant; cf. praef. supra p.* 125. 5) *Hanc utramque relationem olim in Ann. fr. Praed. fortasse non extitisse in commentario l. c. exposui. Altera (quam in dextra parte collocavimus) cum Catalogo episc. Argent. l. c. p.* 118. *concordat, cf. supra p.* 127, *n.* 4, *ut insimul cum illo loco a.* 1224. *inde desumpta esse videatur: altera an librario ascribenda sit, dubium est. Fieri potest, ut in Ann. Argentinensibus fr. Praed. ea quoque scripta fuerint, quae nunc in Ann. Colmar. min., supra n.* c. *allata, leguntur. De curia s. Bartholomaei intra muros sita, quam Waltherus Scultetus mercatoribus Argentinensibus fratribus vendiderat, cf. 'Strassb. UB.' I, p.* 240. 267. *Hugo cardinalis legatus a.* 1251. *dedit* licentiam construendi in area beati Bartholomaei . . ecclesiam et claustrum *(cf. ib. p.* 267); *de missa sollemni tunc celebrata cf. quae Hugo cardinalis ipse*

Anno Domini MCCLII. Occiditur[1] apud Mediolanum beatus Petrus de ordine Predicatorum cum suo socio Dominico[2]. 1252. (Apr. 6).

Ipso anno obiit apud Argentinam venerabilis pater frater Iohannes, eiusdem ordinis, episcopus[3]. (Nov.)

Anno Domini MCCLIII. Canonizatus[1] est apud Parusium VII. Idus Marcii beatus Petrus predictus sub domino Innocentio papa. 1253. Mart. 9 (24).

Anno Domini MCCLIII. VII. Idus Iulii quartale veteris annone vendebatur pro XVI solidis et in crastino eiusdem diei dabatur pro VII solidis; quartale novi tritici pro IIII solidis. Iul. 9. Iul. 10.

Anno Domini MCCLIIII. VI. Kal. Iulii inchoata est prima fossio fundamenti ecclesie fratrum Predicatorum. Postea V.[a] Kal. Iul. positus est lapis primarius a domino H. episcopo de Stalecke retro maius altare inter cornu dextrum et murum circa pedes VIII subtus terram, et nomen episcopi scriptum est in eodem[4]; et IIII. Kal. Iulii inchoatus est murus. 1254. Iun. 26. Iun. 27. Iun. 28.

Anno Domini MCCLV. In vigilia omnium sanctorum Predicatores inceperunt celebrare divina in ecclesia sua nova. 1255. Oct. 31.

Anno Domini MCCLVII. Festo Iohannis baptiste facta est cedes in Selse[5]. 1257. Iun. 24.

a) VI. *c.; emend.*

in mandato suo (cf. ib. p. 269*) narrat:* licet auctoritate nostra in curia s. Bartholomei Argentinensi se transtulissent, et nos in signum date eis licencie ibidem construendi capellam . . . in eadem curia sub quodam tentorio missam sollempnem . . . . celebrassemus publice, et predicta omnia possedissent . . . et demum eadem auctoritate et licencia . . in eodem loco quandam edificassent capellam ligneam. 1) *Cf. Ann. Colmar. min. l. c. p.* 190. 2) *De occisione Petri Veronensis cf. Acta SS. Boll. April. III, p.* 688 *sq.* 3) *Iohannes de Wildeshausen, episcopus Bosnensis, dictus Teutonicus. Cf. epitaphium in choro ecclesiae Praedicatorum a.* 1870. *destructae, quod Grandidier transscripsit ('Nouvelles Oeuvres inéd.' V, p.* 366*)*: †Frater Iohannes Dei gracia episcopus et magister ordinis fratrum Predicatorum. Obiit anno Domini MCCLIII. II. Nonas Novembris. Requiescat in pace. Amen. 4) *Cf. Wimpfeling, Catal. episc. p.* 60. *et commentarium l. c. — Miro casu a.* 1873. *hic lapis ex ruderibus effossus est, qui in fronte agnum Dei et nomen episcopi:* Henric9 epc Arg. *praebet. Cf. Straub in 'Bulletin de la Société pour la conservation des monuments en Alsace, II. série.' IX, p.* 89 *sqq.; arte phototypica expressum praebet Ficker, 'Denkmäler der elsässischen Altertumssammlung zu Strassburg', tab. V.* 5) *De his cf. Ann. Wormat. (SS. XVII, p.* 59*); ad eadem spectant quae abbas et conventus*

1258. Anno Domini MCCLVIII. Tanta[1] fuit aeris intemperies, quod annona computrivit in terra, et botri crudi et immaturi remanserunt, ita quod tempore vindemiarum gelu superveniente in sportis et in saccis inferebantur[a] et in torcularibus[b] cum calciis calcabantur[c], et effluxit glacies cum vino[2].

1259. Sequenti autem anno crevit optimum vinum[3].

Anno Domini MCCLIX. Dabatur quartale vini pro IIII sol. et quartale frumenti pro IIII sol. in curia domini de Dalmazingen[d. 4].

1260. Anno Domini MCCLX. Consecrata[1] est ecclesia Predicatorum a domino Iacobo Metensi episcopo[e] in capitulo generali[5] sub domino Walthero electo Argentinensi.

1261. Anno Domini MCCLXI. Orta est penitentia quedam flagellatorum in Tuscia et in Roma, et per Lumbardos venit in Theutuniam, ita quod de partibus superioribus una simul processionaliter bini et bini venerunt in Argentinam dorsis denudatis se flagellando plus quam MCC; et ibidem cessavit[6].

1267. Anno Domini MCCLXVII. Translatus est beatus Dominicus in tummam novam, capitulo generali Bononie celebrato[7].

1268. Anno Domini MCCLXVIII. Karolus rex Sycilie capite fecit truncari[f] Conradinum filium Conradi apud Neapolim, cum vellet invadere regnum Sycilie, quod ad se dicebat iure hereditario pertinere, temporibus Clementis pape IIII.[8].

a) inferebatur *c.* b) cortularibus *c.* c) caltiis caltabantur *c.* d) in — Dalmazingen *postea add.* e) Metēn. e. ēpō. *c.* f) trunca *c.*

monasterii Salsensis Alexandro papae retulerunt ('Strassbnrger UB.' I, p. 318, *nr.* 423*).* 1) *Cf. Ann. Colm. min. l. c. p.* 191. 2) *Cf. Richer. Senon. V, c.* 5 *(SS. XXV, p.* 333*).* 3) *Cf. ib. p.* 334. 4) *Haec fortasse est curia Ulrici cantoris Argentinensis ecclesiae dicti de Talmesingen, in qua capella s. Margaretae sita erat (cf. 'Strassburger UB.' I, p.* 198*). Ulricus inter praecipuos fautores fratrum Praedicatorum nominatur (cf. Wimpfeling loco supra p.* 129, *n.* 4. *citato). Cf. etiam epitaphium, posterioribus quidem temporibus in claustro confectum, quod Grandidier descripsit:* Anno Domini MCCLII. obiit generosus dominus frater Ulricus de Dalmasingen, quondam cantor et scolasticus maioris ecclesie Argentinensis et prepositus S. Petri iunioris, fundator huius domus. *('Nouvelles Oeuvres inéd.' V, p.* 364*). — Cf. etiam C. Schmidt, 'Strassburger Gassen- und Häusernamen' p.* 45. 5) *Acta huius capituli apud Martène et Durand, Thes. anecd. IV, col.* 1728. 6) *De flagellatoribus cf. praeter alios auctores Herimanni Altahensis Annales a.* 1260 *(SS. XVII, p.* 402*).* 7) *Cf. acta huius capitali apud Martène, Thes. anecd. IV, col.* 1745. 8) *Haec ad verbum fere concordant*

Anno Domini MCCLXXV. Fuerunt deleti ordines 1274.
Saccitarum et quorundam aliorum in concilio Lugdunensi per dominum papam Gregorium X.[1].

CONTINUATIONES.

Anno[2] Domini MCCLXXIX. Tantum venit frigus 1279.
sabbato[a] ante Oculi et duobus diebus sequentibus, quod *Mart.* 4.
omnes fructus arborum perierunt[3].

Anno Domini MCCLXXXII. Feria V. ante Iacobi 1282.
Wegelenburg castrum expugnatum est a civibus Argen- *Iul.* 23.
tinensibus et domino de Ohsenstein[4] advocato Alsatie.

Anno Domini MCCLXXXVIII. Vise fuerunt gla- 1288.
cies circa festum beati Urbani et choruscationes et toni- *Maii* 25.
trua circa festum XI milium virginum. *Oct.* 21.

Ipso anno vinum periit[5]. Annona autem in tantum profecit[6], quod quartale tritici vendebatur pro XXX denariis, quartale siliginis pro XX, ordei pro XIII denariis.

---

*Anno[b] Domini MCCLXXXXII. Expugnatum est *f. 49'. 1292.
opidum Sermersheim apud Kagenheim a domino C. episcopo de Lichtenberch et a civibus civitatis Argentinensis[7].

a) salbato *c.* b) *dehinc alius scriptor pauca addidit.*

cum Chronico quod Godefridus de Ensmingen ex mandato Ellenhardi composuit (SS. XVII, p. 122*); unde intelleges ea non ad Annales fratrum Praedicatorum pertinere, sed a continuatore eorum inserta esse. Cf. commentarium l. c.* 1) *Cf. canon* 23. *concilii Lugdun., Mansi, Conc. XXIV, p.* 96. *Fratres ordinis Saccitarum usque ad a.* 1297. *in area sua et cella Omnium Sanctorum in suburbio Argentinensi commorabantur. Cf. 'Strassburger UB.' II, p.* 165, *nr.* 208; *III, p.* 326, *nr.* 1083. 2) *Exhinc nihil quod ad fratres Praedicatores spectat; quae sequuntur fortasse ex notis quibusdam desumpta sunt, quae Chronico Godefridi de Ensmingen fundamento erant.* 3) *Cf. Ann. Colmar. maiores (SS. XVII, p.* 204*):* quarto Non. Martii venit frygus. 4) *Otto III. ab a.* 1280—1294. *advocatus erat Alsatiae.* 5) *Cf. Ann. Colmar. maiores l. c. p.* 215: 17. Kal. Maii nocte perierunt vinee. 6) *Haec verba proxima sunt eis quae in Chronico Godefridi de Ensmingen de messe a.* 1278. *dicuntur (SS. XVII, p.* 125*); cf. commentarium l. c.* 7) *Expeditio contra Cunonem de Bercheim, dominum castri Sermersheim, autumno a.* 1292. *suscepta iam erat. Cf. Rotulum expensarum S. Stephani adhuc incognitum, quem v. cl. Wentzcke in 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' N. F. XXIII. editurus est, ad a.* 1292: Item in eodem anno in die Galli *(Oct.* 16*)* dedit domina abbatissa domino

1292. Item eodem anno comparavimus organas, que constabant quingente libre Argentinensis monete[1]. Eodem tempore fuerunt procuratores fabrice Lucas miles[2] et Ellenhardus maior prope monasterium[3]. Et magister Guncelinus de Frankenfort paravit predictas organas.

1292. *Maii 6.* Anno Domini MCCLXXXXI.[a] Feria tercia post Philippi et Iacobi[4] electus est Adolfus comes de Nasowe in regem Romanorum apud Frankenfurt concorditer per *(Iun. 24).* omnes principes imperii. Eodem anno coronatus fuit apud Aquisgrani.

1291? *Febr. Mart.* Anno[b] Domini MCCLXXXXII. In quadragesima translata est ecclesia Honaugiensis apud Rinaugensem civitatem per dominum Cunradum episcopum Argentinensem de Liehtenberc propter inundationem Reni[5]. Causa translationis fuit magna insolencia canonicorum ibidem[6].

1292? *Febr. Mart.* Anno Domini MCCLXXXXIII. In quadragesima expugnatum fuit opidum Sermersheim per dominum C. episcopum Argentinensem — quod opidum fuit Cunonis militis de Bercheim — et funditus evulsum[7].

1293. *(Oct. Nov.)* Anno Domini MCCLXXXXIII. In auctumpno obsidia[a] facta est per Adolfum regem opidi Columbariensis, et expugnatum fuit castrum Gemere, quod fuit domini

a) *ita c.* b) *haec alio atramento nescio an ab eodem scriba add.*

episcopo XII libras denariorum Arg. ad communem collectam, quam imposuit omnibus claustris et clericis per totam dyecesin Argentinensem, pro eo quod destruxit castrum et oppidum Serimirsheim domino de Bircheim. *Cf. etiam Mathiam Nuwenburg. (Böhmer, Fontes IV, p. 168):* Cuno autem de Berghein miles, preses principis in Alsatia elatus, infestans Cunradum de Lichtenberg episcopum et etiam cives Argentinenses, ntra eos principem incitavit. Illi autem opidum Cunonis Sermers- m destruxerunt. *De Cunone de Bergheim cf. Becker, 'Geschichte der 'chslandvogtei im Elsass' p. 20 sqq.* 1) *Illa organa iam a.* 1298. *.ıvissimo incendio perierunt. Cf. Chron. Ellenhardi l. c. p.* 139. *Lucas de Eckwersheim, procurator ab a.* 1290—1295. 3) *Ellen- rdus magnus ante monasterium, quem ab a.* 1291—1303. *magistrum bricae invenimus.* 4) *Id est die* 6. *Maii; sed Adolfus iam die Maii rex electus est; ad diem* 2. *Maii archiepiscopus Maguntinus 'incipes electores convocaverat (cf. LL. Const. III, p.* 456*).* 5) *De .ıc translatione, quae iam a.* 1291. *facta esse videtur, cf. quae Grandi- 'ier, 'Oeuvres inéd.' IV, p.* 72 *sq. collegit.* 6) *Hic auctor exprimit, ɔd ipse de translationis causa sentit.* 7) *Cf. supra ad a.* 1292, *n.* 7. — *Die* 28. *Febr. a.* 1292. *Conradus episcopus civibus ıensibus scripserat se non nisi cum eis pacem cum Cunone milite 'sse; die* 3. *Aprilis Cuno de Bergheim pacem episcopi et civibus Cf. 'Strassburger UB.' II, p.* 140, *nr.* 181. 182.

de Rapoltsteine[1], qui etiam tunc captus fuit cum aliis pluribus[2].

Anno Domini MCCLXXXXIIII. In die beate Mar- 1294. garete virginis annona valuit in Argentina: siligo vide- *Iul.* 15. licet tredecim solidos et triticum XIIII solidos; et in die Marie Magdalene sequenti non inveniebatur panis *Iul.* 22. venalis in tota civitate Argentinensi; eodemque die fracta fuerunt omnia scampna panificum per vulgum civitatis Argentinensis.

Eodem die Margarete cives Argentinenses dede- *Iul.* 15. runt in elemosinis pauperibus centum quartalia siliginis una vice[3].

Anno[a] Domini MCCLXXXXVII. Tempore auctump- 1297. nali tanta excrevit habundancia vini[4], quod vacuum vas vendebatur pro una libra; et quicumque habuisset centum vacua vasa, habuisset quinquaginta plena vini pro quinquaginta vacuis. Vetus vero vinum dabatur gratis, ut vacuarentur vasa et implerentur novo vino. Et clamabatur publice in civitate: 'Bonum vinum gratis!' in diversis cellariis.

Et quartale annone vendebatur pro VII solidis[5].

a) *haec alio atramento nescio an ab eodem scriba add.*

1) *Anselmi.* 2) *Cf. Chron. Ellenhardi l. c. p.* 135. *In Ann. Colmar. maior. l. c. p.* 220. *narratur Adolfum regem XVI. Kal. Octobris Rapolzwilre venisse, in vigilia s. Michaelis Columbariam obsedisse. Fusius de omnibus quae hic acciderant Chron. Colmar. l. c. p.* 258 *sqq. De parte, quam Conradus episcopus tunc egit, ad auxilium Columbariensium contra Adolfum regem profectus, cf. etiam notam in Rotulo expensarum S. Stephani supra (p.* 131, *n.* 7*) memorato:* in XVII. anno, qui talis est MCC nonagesimo tertio, in septimana ante festum b. Athale dedit domina abbatissa, videlicet Anna predicta, domino C. episcopo centum quartalia siliginis, quorum quodlibet quartale solvebat XI sol. novorum denariorum, pro eo quod episcopus predictus iacuit apud Rubiacum cum magno exercitu contra regem Adolphum, qui tunc temporis obsedit civitatem Columbariensem. 3) *Similia de caritate annonae in Ann. Colmar. maior. l. c. p.* 221. 4) *Haec eadem verba de vindemiis a.* 1261. *in Bello Waltheriano l. c. p.* 107. 5) *Cf. Chron. Ellenhardi l. c. p.* 138; *Ann. Colmar. maiores l. c. p.* 222 *sq.*

INDEX.

Scripsit A. Hofmeister.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

C. *Cf.* K.

D.

E.

G.

H.

Heinricus, Henricus.

Hild-, Hyld-, Hilt-, Hylt-.

I. Y.

K. *Cf.* C.

L.

M.

P.

S.

Sig-, Syg-, Sy-.

Sigefridus, Syfridus.

T.

Y. *v.* **I.**

Z.

GLOSSARIUM.

Scripsit A. Hofmeister.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

advocatia, Vogtei 70, 30. 72, 25.
advocatus, Vogt 131, 10.
ae- *v.* e-.
allodium proprium 37, 25.
ama, *mensura vini* 99, 5; *cf.* hama *et* ohma.
anatolegion = *thanatologium* seu mortuarius liber 119, 10.
apostolica electio 53, 15.
archipresbiter 102, 15.
armarium, Bibliothek 88, 5.
astronomicus 56.
assentaneus, Anhänger 73, 25.
augustus 8. 18, 25. 24, 15. 33, 1. — augusta 24, 20.

barones 9, 25. 55, 20. 67, 1. 83, 5. 90, 20. 91, 10. 95, 1. 96, 5.
beneficium, Lehen 52, 15. 63, 25. 73, 1. 74, 15; inbeneficiari beneficiis 64, 25.
burcvirteil, *mensura* 71, 10.
burgenses 84, 5.

campanile 101, 15.
cancellarius 46, 35. 55, 30. 66, 15. 80, 1.
canonice intrare 85, 30.
canonicus 94, 20; canonici 38, 20. 39, 20. 132, 15; regulares 37, 30.
capella imperialis ex lignis composita 54, 20; episcoporum 35, 30.
capellani (imperatoris) 65, 20. 66, 5.
capitulum, *congregatio eccles.* 86, 10; generale *(contio fratrum Praedicatorum)* 130.
ut regni = *rex* 46, 25.

caristia, Teuerung 102, 1.
casalia *plur.* 88, 25. 92, 30.
cathedra (episc.) 44, 5. 52, 5. 62, 25.
cathedralis ecclesia 120, 35.
celeumatis cantus 83, 1.
cellarium vini 133, 20.
cognatus 59, 25. 84, 25. 91, 25.
colloquium (generale) = *contio principum, curia imperii* 30. 31, 5. 35, 15. 36, 30. 53, 10. 55. 66, 5. 95, 1.
colonus, coloni 34, 10. 93, 20. 98, 30.
communicare 75, 5.
conducere, geleiten 84, 10.
conductus, Geleit 61, 5. 83, 20.
consanguineus 48, 15. 49, 5. 90, 30.
consanguinitas 4, 1. 46, 40. 48, 1.
conventus 6, 20. 7, 10. 32; principum 74, 20. 77, 10.
corona 8, 1. 25, 20. 29, 5. 32, 45. 41, 20. 69, 30. 74, 5.
coronare 18, 20. 19, 10. 31, 5. 45, 15. 93, 1. 132, 5; coronari et in regno confortari 40, 15; *v.* rex, imperator; coronatum incedere 97, 20.
coronatio (imperatoris) 81, 10.
cronica *fem. sing.* 126, 5; in cronicis 10, 1. 93, 15.
crurifagio puniri 90, 30.
curia, Reichs- oder Hoftag 31, 35. 45, 15. 47. 49. 53, 10. 54, 15. 55, 10. 57, 1 — 59. 65, 5. 67, 20. 68, 5. 73, 30. 74, 1. 80, 1. 81, 25. 84, 20. 97, 1; = *domus* 130, 5.

dapifer 69, 25.
decanus 84, 25. 123, 30.

maiores = *nobiles* 37, 10. 60, 5. 65, 15.
manutenere 83, 20.
marca (argenti) 63, 20. 71, 10. 72, 10. 73, 1. 99, 1.
marcgravio 60, 15.
marchia 47. 63, 10. 99, 5.
marchio 9, 25. 33, 35. 34, 15. 42, 20. 43, 1. 47, 10. 60, 15. 62, 1. 66. 79, 15. 96.
marchionissa 36, 20. 42, 25.
marinarii 82, 30.
marscalcus, marschalcus, mareschalcus 69, 25. 78, 25. 91, 5. 96, 10. 108, 10. 121. 128, 1.
miles 23, 30. 32, 30. 36, 15. 47, 20. 58, 20. 132; *collective* 29, 35; milites 3, 35. 14, 35. 23, 40. 34, 35. 35, 35. 52, 10. 54, 10. 59, 1. 64, 15. 65, 5. 73, 15. 78, 15. 85, 1. 91, 5. 97, 20. 99.
milicia 38, 35. 54, 10; miliciam profiteri 49, 35.
militare 48, 15.
militaris vir 37, 5; militares 37, 10; militari gladio accingi 54, 15.
ministerialis 58, 25. 63, 15. 64, 1. 76, 1. 99, 5.
monasterium = Münster 28. 44. 45, 20. 46, 1. 51, 10. 114, 10. 126, 10. 132, 1; = Kloster *passim.*
monasticum propositum 41, 15.
moneta Argentinensis 132, 1.
moniales, Nonnen 84, 25.
mortuarius liber *v.* anatolegion.

nobilis vir 32, 20. 97, 20; nobiles viri 33, 35; nobiles 30, 1. 32, 35. 59, 5. 60. 62, 5. 63, 1. 67, 1. 77, 15. 79, 1. 84. 87. 91, 10. 103, 15. 108, 10. 122, 20; nobiliores 76, 1. 108, 15. 122, 15.

officiales (imperatoris) 66, 5.
ohma vini 123, 1; *cf.* ama *et* hama.
ordines = *consecrationes clericorum* 76, 5. 78, 5.
organae 132.

palatinus comes 43. 66, 20. 72, 20. 99, 15; palatinus 48, 5. 77, 15. 78, 20.
parasceue 98, 15.
peregrinatio, Kreuzfahrt 62, 5.
peregrini, Kreuzfahrer 61, 15. 63, 1. 69, 25. 75, 25. 93, 1. 94, 10; peregrina = *Graeca* 79, 10.
pinnaculum 101, 15.
plebanus 107, 5.
prelati 9, 20. 90, 20.
prepositus 37, 25. 39, 20. 44, 1. 53, 10.
primates (archiepiscopi) 86, 10.
primatus 94, 5.
primicerius 116, 5.
privilegium 32, 45. 39, 15. 47, 35. 61, 30.
princeps = *rex, imperator* 8, 20. 29. 32, 1. 43. 46, 35. 49. 53, 15. 76, 10. 79, 1. 80, 15. 84, 5; = *rex Siciliae* 45, 30; principes 9. 16, 25. 19, 10. 29, 20. 30. 35. 36, 35. 37, 20. 39, 1. 40, 15. 43. 44, 25 — 48. 53, 20. 55, 20. 56, 1. 58, 15 — 60. 62, 20. 66 — 69. 71, 25. 72, 20 — 74. 76, 15 — 78, 10. 80. 84, 20. 86, 15. 87, 15. 89. 96. 97. 99, 15. 118, 1; imperii 132, 5; regni 7, 35. 30 — 32, 20. 43, 20. 54, 15 (?); terrae 83, 15; inferioris terrae 64, 5; inferiores 72, 10; (regis Angliae) 61, 5.
principatus 4, 35; principatus (maior) palacii 4; regni 3, 35.
proceres 66, 10.
procuratores 86, 10; fabricae 132, 1.
promulgare sententiam anathematis, excommunicationis 33, 15. 81, 15; edictum 60, 1.
proprius fundus 42, 20; propriae terrae 63, 25; *cf.* allodium.
provincialis comes = lantgravius 44, 1. 59, 25. 62, 35. 66. 91, 10. 100, 10; comitissa 95, 20.

quartale annonae 129. 130, 5. 131, 15. 133; vini 99. 121, 20. 127, 1. 130, 5.

refectorium 123, 25.
regalia 43, 20. 80.
regalis electio 45, 5; unctio 21, 10; regales civitates 92, 5; villae 79, 25; homines 79, 25; regalia praedia et reditus 97, 10; ex regali prosapia oriundus 97, 25.
regina, *regis filia* 84, 15. 89, 5.
regiae domus maior 2, 25; regia maiestas 22, 10; excellentia 77, 20; regium oppidum 84, 1;

scema 93, 1; stemma 8, 20. 21, 10; regiae unctionis sedes 9, 30; regia sepultura 78, 25.

regnum Romanum 68; regnum accipere 20. 72, 10; ad r. aspirare 71, 20; ad r. eligere 71, 25; in r. exaltare 64, 20; in r. statuere 4, 35; regnum usurpare 20, 15; in regno substituere 2, 20; confortare 38, 10. 40, 15; succedere 3, 15. 44, 25. 46, 10. 105, 15; regni cancellarius 46, 35; caput 46, 25. 61, 20; electio 79, 30; gubernacula 17, 20. 18, 30. 72, 20; status 94, 30. 96, 1; scisma in regno 72, 20; inter regnum et sacerdotium scisma 50, 10; inter r. et sac. concordia 51, 15; *cf.* fideles, principes, sedes.

regulares canonici 37, 30.

religiosus homo 57, 20; presbiter 75, 10; religiosi (reliosi) viri 19, 30. 51, 20. 64, 15. 76, 10. 97, 15; religiosa mulier 95, 25; vita 79, 5.

religiose vivere 26, 10. 78, 1.

reordinare 53, 5,

rex Constantinopolitanus 32, 30. 77, 5; Graeciae 59; Romanorum 45, 35. 61, 15. 100, 20. 109, 1. 118, 10. 132, 5; (in) regem creare 31, 25. 32, 20; eligere 6, 1. 21. 22, 30. 43, 5. 67, 15. 69, 1. 72. 80, 5. 89, 1. 99, 10. 118, 10. 132, 5; facere 73, 10. 74, 1; inungere 6, 35. 72, 1; in regem ungere 8, 5. 28, 10. 68, 15. 73, 10; promovere 116, 10; rex fieri 7, 15. 46, 30; regis civitates 92, 15. 117, 1, *cf.* 96, 5.

sanctimoniales 21, 15. 84, 25.

sanctuaria *plur.* 54, 20.

sarcophagus 27, 25.

sceptrum 67, 10.

scultetus 100, 25. 101, 1; scoltetus 98, 25.

scutiferi 73, 15.

sedes apostolica 30. 31. 33, 15 — 35, 45. 36, 25. 52, 20. 53, 5. 116, 10; Romana 9, 20. 78, 15. 79, 25. 87, 10; *cf.* 7, 30. 47, 5; pontificalis (= episcopalis) 44, 5; (episcopalis) 33, 30. 41, 5. 46, 35. 78, 1; s. regni (Aquisgrani) 9, 35. 72, 1. 73. 76, 15. 84, 20. 89, 5; (Burgundiae) 48, 25; (Siciliae) 65, 5.

sententiare 79, 20.

servientes 36, 15. 60, 5.

sextarium, *mensura frumenti* 23, 10.

sigillis (principum) confirmare 68, 10; sygilli inpressio 18, 15.

soldanus 59, 15. 61, 20. 92, 25.

solidus, *moneta* 123, 25. 127, 1. 129, 10. 130, 5. 133; *cf.* denarii.

superponere 41, 5.

treuga 71, 20; treugae 70, 15. 93, 1.

tribok, instrumentum bellicum 82, 1.

truphator 109, 5.

tumma = *tumba* 130, 20.

tyrannis 7, 5. 31, 10. 61, 10. 71, 1. 97, 15.

tyrannus 7, 5. 61, 10. 62, 25. 97, 10.

uncea = *uncia, moneta* 99, 5.

vas (vini) 99, 5. 127, 1.

vavassores 34, 35.

villa 4, 1. 6, 15. 34, 10. 79, 25. 82, 10. 92, 20. 93, 35. 101, 15. 102, 15. 117, 1. 122, 10.

votum crucis 82, 35.

vulgaris populus 100, 20. 101, 1.

vulgus 32, 35. 133, 5.

werra 58, 35. 60. 69, 5. 71, 15. 78, 1; gwerra 70, 15.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

SCRIPTORES.

	M	₰
Abbonis de bello Parisiaco libri III. Ed. G. H. Pertz. 1871	—	45
Adami Gesta Hammaburgensis ecclesiae pontificum. Ex recensione Lappenbergii. Ed. altera. 1876	3	—
Annales Altahenses maiores. Ed. altera. Recognovit E. l. b. ab Oefele. 1891	1	60
Annales Bertiniani. Recensuit G. Waitz. 1883 .	2	10
Annales regni Francorum inde ab a. 742 usque ad a. 829, qui dicuntur Annales Laurissenses maiores et Einhardi. Post edit. G. H. Pertzii recognovit Fr. Kurze. 1895	2	40
Annales Fuldenses sive Annales regni Francorum. Post edit. G. H. Pertzii recognovit Fr. Kurze. 1891	2	20
Annales Hildesheimenses. Ed. G. Waitz. 1878 .	—	75
Annales Mettenses priores. Primus recognovit B. de Simson. Accedunt addit. Annalium Mettensium posteriorum. 1905	2	—
Annales Poloniae. Ex recens. Arndtii et Roepellii. 1866	1	80
Arnoldi Chron. Slavorum. Ex rec. Lappenbergii. 1868	1	50
Brunonis de bello Saxonico liber. Editio altera. Recognovit W. Wattenbach. 1880	1	50
Burchardi et Cuonradi Urspergensis Chronicon. Ex recensione O. Abel et L. Weiland. 1874 .	—	90
Carmen de bello Saxonico. Ex rec. O. Holder-Egger. Acced. Conquestio Heinrici IV. imp. 1889 . .	—	60
Chronica regia Coloniensis cum continuationibus in monasterio S. Pantaleonis scriptis aliisque historiae Coloniensis monumentis. Recensuit G. Waitz. 1880	4	50
Chronicon Moguntinum. Edidit Carolus Hegel. 1885	2	—
Chronicon Novaliciense. Ex rec. Bethmanni. 1846	1	25
Cnutonis regis Gesta sive Encomium Emmae reginae auct. monacho S. Bertini. Ed. G. H. Pertz. 1865	—	60
Codagnelli Annales Placentini. Recognovit O. Holder-Egger. 1901	2	—
Einhardi Vita Karoli Magni. Editio quinta. Post G. H. Pertz recensuit G. Waitz. 1905. . . .	—	90
Gesta Federici I. imperat. in Lombardia auct. cive Mediolanensi. Recognovit O. Holder-Egger. Accedunt Gesta Federici I. in expeditione sacra. 1892	1	40
Gesta abbatum Fontanellensium. Recensuit S. Loewenfeld. 1886	—	90
Gisleberti Chron. Hanoniense. Ex rec. W. Arndt. 1869	1	80
Gotifredi Viterbiensis Gesta Friderici I. et Heinrici VI. imper. metrice scripta. Ex editione Waitzii. 1872	—	45
Heinrici Chron. Lyvoniae. Ex rec. Wilh. Arndt. 1874	1	80
	M	₰
Helmoldi presbyteri Chronica Slavorum. Ex recensione I. M. Lappenbergii. (In Neubearbeitung)	—	—
Herbordi Dialogus de vita Ottonis episcopi Babenbergensis. Ex recensione Rudolfi Köpke. 1868	1	20
Ionae *Vitae* sanctorum Columbani, Vedastis, Iohannis. *Recognovit* Bruno Krusch. 1905	5	—

void fi



Lamperti monachi Hersfeldensis opera. Accedunt Annales Weissenburgenses. Recogn. Osw. Holder-Egger. 1894	6	—
Liber de unitate ecclesiae conservanda. Recognovit W. Schwenkenbecher. 1883	2	40
Liudprandi episc. Cremonensis opera omnia. Editio altera. Recognovit E. Dümmler. 1877 . . .	2	70
Monumenta Erphesfurtensia saec. XII. XIII. XIV. Ed. O. Holder-Egger. 1900	9	—
Monumenta Welforum antiqua. Ed. Weiland. 1869	—	45
Nithardi Historiarum libri IIII. Ed. tertia. Post G. H. Pertz recogn. E. Müller. Accedit Angelberti Rhythmus de pugna Fontanetica. 1907 .	—	75
Ottonis episcopi Frisingensis chronicon. (In Neubearbeitung)	—	—
Ottonis et **Rahewini** Gesta Friderici I. imp. Editio altera. Recensuit G. Waitz. 1884	3	75
Pauli Historia Langobardorum. 1878	3	—
Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon cum Continuatione Treverensi. Recognovit F. Kurze. 1890	2	40
Richeri Historiarum libri IIII. Editio altera. Recognovit G. Waitz. 1877	2	70
Ruotgeri Vita Brunonis archiepiscopi Coloniensis. Ed. G. H. Pertz. 1841	—	60
Ryccardi de Sancto Germano notarii Chronica. Ed. G. H. Pertz. 1864.	1	50
Thietmari Merseburgensis episcopi Chronicon. Post ed. Ioh. M. Lappenbergii recogn. Fr. Kurze. 1889	3	—
Vita Anskarii auct. Rimberto. Accedit Vita Rimberti. Recensuit G. Waitz. 1884	1	50
Vita Bennonis II. episc. Osnabrugensis auct. Norberto abbate Iburgensi. Recogn. H. Bresslau. 1902	—	50
Vitae sancti Bonifatii archiepiscopi Moguntini. Recogn. Wilh. Levison. 1905	5	—
Vita Heinrici IV. imperatoris. Ex recens. Wattenbachii. Ed. III. Curante W. Eberhard. 1900	—	50
Widukindi monachi Corbeiensis Rerum gestarum Saxonicarum libri III. Editio quarta. Post Georgium Waitz rec. K. A. Kehr. Accedit Libellus de origine gentis Swevorum. 1904 . . .	2	—
Wiponis Gesta Chuonradi II. ceteraque quae supersunt opera. Editio altera. Rec. H. Bresslau. 1878	—	90

FONTES IURIS GERMANICI.

Edictus ceteraeque Langobardorum leges cum constitutionibus et pactis. Correct. recudi curavit Fr. Bluhme. 1869	1	80
Lex Ribuaria et Lex Francorum Chamavorum. Edidit Rud. Sohm. 1883	2	40
Hincmarus de ordine palatii. Ed. Vict. Krause. 1894	—	50
Leges Visigothorum antiquiores. Ed. Karol. Zeumer. *1894*	6	—

To avoid fi



